


Bibliothèque numérique

medic@

**Arétée de Cappadoce / Weigel, Carl
(éd.). Aretaeus De Pulmonum
Inflammatione**

Lipsiae, 1790.



ARETAEVS
DE PVLMONVM
INFLAMMATIONE

CONTEXTVM GRAECVM ADIECTA VERSIONE LATINA

EDIDIT

EMENDATIONES ET COMMENTARIVM

ADIVNXIT

CAROLVS WEIGEL

P. D. A. A. L. L. M. M. B.


SECTIO PRIOR

Τὸν ἀνεστορίας Ἀρεταίων ἔειπεν ἄθρήσας
Παρμενὸς τῶν νεκύων, δάμασι Περσεφόνης
Κοίραν' ὑποχθονίων ἀκόρεσε βροτῶν Αἰδανεύ,
Πῶς ὄλεθρον νεκύων δεῦρο φέρεις κατέχειν.
Ὡδε γὰρ ἐξεπίτηδες ἐπῆλθε νέκυς ἀνογεῖρα
Τῶν ἀσκληπιαδῶν ἐξοχος ὦν σοφίῃ.
Ἄργει μὲν ἐμβαλλε νεκρῶν τάχα, μὴ σε κενύσῃ
Ὡν ἰηπρέτοι, οὐδὲν δρῶ φθίμενον.



LIPSIAE

MDCCLXXX X.



ARETAEVS
DE PULMONVM
INFLAMMATIONE

CONTEXTVM GRAECVM ADiecta VERSIONE LATINA
INTERDICTIO ET COMMENTARIUM
CAROLVS WEIGELI

SECTIO PRIOR

De aetate, tempore, loco, causa, signis, morbo, prognosi, curatione, etc.

LIPSIAE
MDCCCXXXI

V I R O
EXPERIENTISSIMO EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO
IOANNI MARTINO KOCH

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORI


ET COLLEGII B. MARIAE VIRGINIS SODALI

HONORES IMPETRATOS

PIE GRATVLANTVR

NVPERI QVIDAM EIVS AVDITORES

BAVMGARTEN	SCHREGER
GERLACH	TITIVS
HAERING	WEIGEL



ΤΩ, ΛΟΓΙΩΤΑΤΩ, ΚΑΙ ΕΜΠΕΙΡΙΚΟΤΑΤΩ,
ΙΩΑΝΝΗ, ΜΑΡΤΙΝΩ, ΚΟΧΙΩ,
ΚΑΡΟΛΟΣ ΟΥΕΪΓΕΛ
ΧΑΙΡΕΙΝ ΚΑΙ ΕΤΗΡΑΤΤΕΙΝ

Οκτωκάδεκα ἤδη ἑνιαυτοὶ παρεῆλθον, ἐν οἷς τοὺς βροτοὺς τῶν νοσημάτων
ιάσω, οὐδένα τε κατὰ τοὺς τῆς θείας τέχνης πατέρας, ἔνδοξα ἐζήτησας γέ-
ρατα, δείξας σαυτὸν παράδειγμα τοῦ ἀποφθέγματος τοῦ μεγάλου
ποιητῆ.

Ὅθ' ἔνεκ ἀρετῆ τοῖς ἐν ἀνθρώποις μόνῃ
Οὐκ ἐκ θυράων τὰ πύχαιρα λαμβάνει
Αὐτὴ δ' ἑαυτὴ ἄθλα τῶν πόνων ἔχει.

Ἐθεὶ οὖν ὑπακούσας ἐκδεδεχμένω, ληφθεὶς θ' ὑπ' ἀνάγκης μᾶλλον, ἢ
φιλοτιμίᾳ κεκενημένος, πάντα τὰ γέρατα πρὸ μικροῦ ἐδέξω, ὧν, οὐ μό-
νου ὡς αὐτοὶ ἴσμεν, ἀλλ' ὡς καὶ πᾶσα ἡ Γερμανία, πρὸ δέκα ἔτι ἐτῶν
ἀξιότατος ἐνομίζετο. Διὰ τᾶυτα οὖν τὰ γέρατα ἐν ὀνόματι τῶν πρώτων
σου μαθητῶν, ὅς ἀείποτε, ἀσμένως ἐταίρους ὀνομάζεις, συγχαίρω σοι,
ἐυχόμενος ἐκ βάθους τῆς καρδίας, πᾶσαν τὴν καὶ εἰς τὰ τοῦ Νέστορος ἔτι
συνακολουθῆσάν σοι εὐκληρίαν. Ἐίης, φίλτατε διδάσκαλε, καὶ εἰσέπει-
τα ἡμῖν, ὃν μέχρι τούτου ἐβλέπομεν, διδάσκαλος, βουλευτὴς, ἐταῖρος,

καὶ δέχου δημοσίᾳ παρ' ἡμῶν τὴν τῆς μεγίστης εὐγνωμοσύνης καὶ αἰδέσεως
ὁμολογίαν. Τὴν περὶ τῆς περιπνευμονίας τοῦ Λεγεταίου πραγματείαν ἐξελε-
ξάμην διςσῆ αἰτία κινηθείς· τὰ μὲν, τῆς νόσου, ὡς οἶδας, φοβερᾶς ὕσεως,
τὸν τε Φίλτατον Φράνζιον ἐν αὐτοτάτῳ χρόνῳ ἀναρπασάσης, ἐν ᾧ καὶ σὺ,
πολυτιμότετε, περιέπεσας, καὶ μὴν αὐτῇ, μικροῦ δεῖν, ὑπέκεισο ἄν· τὰ δὲ
ἐπεὶ αὐτὸ τὸ καφάλαγον τῷ Λεγεταίῳ, εἰ καὶ μὴ οὐχ ὑπερημένοι τινὸς ἀσα-
Φείας, περισσεύει ὅμως πολλῆς κοσμιότητος καὶ ὠφελείας. Ἐἰ οὖν τέως
ἔνια εὐτυχῶς ἀνέπτυξα, καὶ ὡς δεῖ ἐπανάρθωσα, τὴν σὴν πᾶν τε ἄλλων
ἐλλογιμῶν ἀνδρῶν ἐπικρότησιν ὡς βραβεῖον τῶν πόνων μου ἠγήσομαι· εἰ δὲ
τῆναντίον τέτις ἀπέτυχον, τῆς Φίλης διορθώσεως ἐμοὶ πολυευκτάτης καὶ
ὠφελεστάτης οὐκ ἀμελήσω. Ἐρῶσο, Φίλτατε ἑταῖρε, καὶ ποιήσον με ἐς
τὸ ἐσόμενον τῇ σῇ εὐνοίᾳ κεκοσμημένον.

P R A E F A M E N.

Qui omnibus quotquot eum legerunt, graecae linguae mirum inspiravit amorem, diuus Homerus, et mihi, quae aliis tribuit, non denegavit, quid, quod in summam me rapuit grandisonae linguae admirationem. Verum cum studiorum meorum ratio non permetteret, ut in Homeri consuetudine haud interrupta pergerem perseverantia, ad viros me conuertii illius exemplum imitatos, Hippocratis et Aretaei. Quorum praecipuis posterior, summam inter principes medicos famam et auctoritatem nactus, omnem meum sibi conciliauit cum amorem tum attentionem; qua de causa vix, ac ne vix quidem temperare mihi possum, quin eius in laudes excurram, nisi actum agere videar. — Equidem haud ignoro, aureos Aretaei libros, librariorum incuria, squalidos et deformes traditos nobis fuisse, qua de re haud exigua difficultate eorum lectionem esse impeditam; at cum virorum sit excitari aduersis rebus non deterreri, primitiis meis laboribus, sin aliam laudem meruero, illa tamen, virilis animi, ne iustus quidem rerum arbiter me indignum, ut spero, iudicabit, Propertiani illius memoriam.

Quod si deficient vires audacia certe

Laus erit —

Quae cum ita sint, viros in arte claros, ne strenua lance, quae adolescens scripsi perpendant, rogatos velim; quibus au-

tem errauerim in locis, (quod saepius factum esse prospicio) ut beneuoli me doceant, non rogo eos, quin obtestor.

Variis commotus rationibus, pretium facere mihi visus sum, si in exordio de Aretaei patria, secta, placitis physiologicis et pathologicis, medendi methodo et dictionis ratione nonnulla praemitterem, praeter ipsos fontes tum Clericum, Wiggani ducem, tum Wigganum aliosque secutus, addito scriptorum Aretaei quae supersunt, codicum mssorum, editionum commentariorumque typis impressorum, indice, quantum fieri poterat plenissimo. Editio qua usus sum Goupyli illa est, cuius contextum passim et emendavi et restitui, ut et codicum auctoritas et necessitas ipsa postulabat. Reiecta autem Crassi versione latina, utpote mihi parum probata, Wigganianam, sicubi aptam deprehendi, adaptaui, ita tamen, ut illam passim, prouti occasio mearumque emendationum ratio id iuberet expolirem, graecisque verbis accommodarem. Quod autem Trillerus in opere de pleuritide fecit, idem et mihi facere placuit, nempe ut loca et parallela et explicantia Hippocratis, Aristotelis, Galeni, Aetii, Pauli al. nec non recentiorum eruditorum explicationes et meas qualescunque animaduersiones subiungerem. Constitueram quidem de therapia morbi cet. nonnulla addere, sed ne in nimiam molem excresceret libellus, haec prudentiori consilio in aliud tempus distuli.

PROLEGOMENA.

Cappadocia ¹⁾, olim Leucosyria ²⁾ dicta, ceteris Graecis ob incolarum morum peruersitatem, animorumque improbitatem ³⁾ exosa, malo eheu! omine, Aretaei patria fuit. Verum ne vnicum misera hac ex gente clarum prodiisse credatis; nominandi etiam veniunt Strabo Geographus ⁴⁾, vterque Gregorius ⁵⁾ cum Basilio ⁶⁾, ecclesiae patres, Apollonius Tyaneus etc.

Quo vero *tempore* noster floruerit, duplici dictu difficile est ratione, partim, quod Homero Hippocrateque excepto, neminem meminit scriptorem nobis superstitem, partim vero etiam, quod praeter auctorem incertum, illius, Dioscoridis nomine insigniti libri, *εὐποριστῶν*, p. 112. et Aetium cum Paulo, idque obiter modo, ne vllus quidem *) nostri mentionem iniecit.

1) Cf. *Strabo* Geogr. p. 122. ed. Bas. fol. *Stephanus* de urbibus p. 354. Asiae terra cuius fines Paphlagonia, Colchis, Euxinus Pontus, Armenia, Cilicia etc. circumscribere.

2) *Herodor.* Clio p. 29. *Terpsich.* p. 303. ed. Gronou. *Strabo* ed. *Casaub.* pag. 819 et 1071. *Plinii* h. n. l. VI. p. 303. editio ab *Harduino*, non ex suo ingenio vt vulgo creditur, sed ex Mscptis et adnotat. codd. bibliothecae Episc. *Pellicerii* Monspel. public. qua de fraude cf. *Patinus* T. I. epistoll. pag. 30. sq.

3) Exstat ap. *Const. Porphyrogenetam* Them. l. I. Th. 2. sequens epigramma:

Καππαδοκίην πόντ' ἔχιδνα κικη δάκεν ἄλλα
καὶ αὐτῆ
Κάτθανε γευσμένη αἰμκτος ἰσβόλα.

4) *Iosephus* in histor. et ipse L. XIV. Geogr.

5) *Nyssenus* de quo vid. *Socrat.* l. V. hist. eccl. c. 8. *Nazianzenus.* vid. *Niceph. Call.* l. XIV. c. 39. — Vitium forsan modo typographicum est, in *Lindeno* reformato p. 87. obuium, ubi *Merklinus* Strabonem, Gregorio Nazianzeno coaeuum facit, quorum vero aetas, trecentos et quod excurrit annos, distat. Quem errorem a viro docto vnquam notatum recorder, at nomen et locus memoria excidit mea.

6) *Nic. Call.* l. XI. c. 54.

*) Et *Photius* et *Symphorianus Champensius* (qui fere omnes habet veteres medicos) de nostro silent.

Γουρυλί ἀέετορος Φιλέλληνος, de tempore quo vixerit, sententia his modo constat, Aretaeum Ἰποκράτους μὲν ὕστερον γεγονότα Γαλήνην δὲ πρότερον. Age nunc videamus virum, caeteroquin vere eruditum, errare etiam, hominum more, posse. *Vossium* volo, qui in libris de Philof. p. 96. 107. et de vitiis ferm. p. 419. 784. ea de causa Aretaeum ante Caesarum tempora reposuit, quod ionica vsus fuerit dialecto, oblitus prorsus Arrianum, Hadriani Caes. temporibus viventem, qui scriptis Alexandri Macedonis facta, eadem dialecto celebrauerat, vt et *Menagius* in amoen. iuris p. 223. et cl. *Kubnius* in libr. de dubia Aretaei aetate, eruditi obseruarunt. Oblitum porro arguo *Vossium*, nostrum diligentissimum Coi fuisse aemulum, quem eadem dialecto aureos composuisse libros, ne ignarus quidem ignorat.

Sic argumenta me latent, quibus *Bernierius* 7) fultus, haec adnotare poterat: „*Aretée étoit en si grande reputation aux temps d'Auguste, qu'il fut surnommé l'Hippocrate Cappadocien.*“

Quibus autem vixerit temporibus, ex ipsis mei scriptis optime elucet. Nam non modo 8) Antidotum a Mithridate rege praeparatum, sed et *Clerico* in hist. med. parte IIda obseruante, illud *Φάρμακον*, quod, quia viperarum carnes ei adderentur ab Aretaeo ἢ 9) δι' ἐχθινῶν, ἢ διὰ 10) θηρίων, ab aliis vero Graecis *θηριακὴ* 11) appellatum, commemorat et commendat, quodque *Andromachum*, *Nerone* Caes. regnante ἀρχιτρον 12), habuit auctorem. Medicamentum porro illud διὰ βησαοῶ (Ruthae inter Syros nomen, quae princeps fuit ingrediens) *Aetio* 13) teste, ab eodem *Andromacho* inuentum, adhiberi vult *Cappadox* 14) l. I. morb. ac. cap. 7. Nec

7) Hist. de la medecine part. Ire chap. IV. p. 85.

8) Cura m. diut. l. I. p. 175. et l. II. p. 186. ed. gr. Parisiensis, *Goupyli*.

9) Cura m. diut. l. II. p. 193.

10) Cura m. diut. l. I. pag. 175.

11) Vid. *Gorraeus* in def. med. v. *θηριακῶν*.

12) Non vt vulgo existimatur ἀρχόντος ἰατροῦ, sed idem ac *Hippocratis* ἠδελφισμῆνος. In marmore quodam ex *Vesprasi* C. temp. superstiti, *Alcimiano* medico nomen superpositi medicorum, siue medici et peritissimi et primi, tribuitur, quod idem mihi esse videtur, cum ἀρχιτρον. *Gru-*

terus etiam in splendidis vetustatis thesauris, principis medicos non archiatros, sed et medicos imperatorum et medicos palatinos vocatos esse animaduertit. Plura de eius priuilegiis, dignitate et iuribus vid. ap. *Cujacium* ad loc. de comitibus et archiatris sacri palat. Io. *Filescum* l. I. select. p. 327. Iac. *Gorbosfredum* ad tit. de medicis et archiatris.

13) *Tetrab.* II. ferm. IV. cap. 47.

14) *Cappadox* et ea propter dicitur *Aretaeus*, ut distinguatur et ab *Aretaeo* *Corinthio*, et ab *Aretaeo* *Sabino*, qui in *Hippocratis* epidem. commentatum esse et *A. Gelius* et *Galenus* monent.

minorem, Plinii ¹⁵⁾ quidam locus adfundit lucem, in quo eximius ille naturae scrutator de Laferpitio ¹⁶⁾ Cyrenaico agit (a nostro l. I. c. 6. in rigore neruorumque distensione auferenda adhibitum) quod ob miram raritatem obortam, ad Neronem C. istis ex terris missum esse, legimus. Quibus omnibus collatis, nostrum Neronis tempora neuquaquam praeiuisse, sed eum forsan, Galba et Vitellio imperantibus, degisse, et illa quam professus est, declarat secta, quam, licet in Hippocrate iamiam loca quaedam, illi fauentia occurrere videantur, ab Athenaeo tamen Cilice, sic Augusti et Tiberii Caes. imperio, ad Trajani et Hadriani usque tempora floruisse, quorum post decessum Galeni scholam surgentem omnes rapuisse, competentem habemus.

Nostrum in Italiae forsan oppido commemoratum fuisse, nescio quid impediatur, loca immo quaedam eius in libris obuia id ipsum suadere videntur; sic talis occurrit l. II. quo aegrotis varia commendat vina: *ιταλῶν δὲ (οἴνων) σαρκεντίνος, ἢ Φενδανός, ἢ Φαλεζίνος, ἢ σιγίνος, ἢ μὴ σφόδρα σύφη κ. τ. λ.* Cum vero, licet nobis ex pneumaticorum secta maximus, impari, quam secutus est Archigena ¹⁷⁾ claritate Italia vixisse, probant et Galenus ¹⁸⁾, multos qui pneumaticos commemorat, de meo tamen silet, et Aetius cum Paullo, qui eius nomen nisi singulo quodam loco habent, licet ex eius scriptis tanquam ex limpidissimo fonte multa hausisse videantur. Simillimum, immo quod eiusdem praeceptoris discipuli neuter, neutrum commemorarunt, luculentissimumque praebent nobis inter Graecos exemplum, Xenophon et Plato, diui Socratis discipuli. Ratio autem cur viuus nec Romanis gratus, nec postea maioribus ad faeculum usque decimum sextum notus fuerit, eo fortassis explicari potest, quod, ut ionicus scriptor (cum Attica dialectus Romae magis placeret, qua Archigenem scripta sua composuisse legimus) et ipsa natione notatus exosa, umbraticus, tota cum pneumaticorum secta, a Galeno eiusque se-

A 2

15) Hist. nat. l. XIX, T. II. p. 160.

16) Vid. Langii epp. med. vera eruditione plenae, p. 330.

17) Mitto, quos Iuuenalis Archigenis in honorem composuit versus; incertum enim poetarum testimonium.

18) Quod et in causa est, cur Petrus Aretaeum, Galeno iuniorem censet, an iure an fecus, me doctiores iudicent viri; haec vero illa contra interrogaturus, cur non in totis Cappadocis libris ne unica quidem vice Galeni nomen, adoratum fere occurrat.

statoribus oppressus, turpi traderetur obliuioni, vsque dum denique viri eruditi illam contra scholam insurgerent, qui et ipsi, quorumque discipulorum diligentia, Aretaeum, per tot annos spretum puluereque sepultum, reuelauit iterum, nobisque notum aestimatumque reddidit.

Secta, cui addictus, pneumatica¹⁹⁾ fuit; quod primus omnium, *Clericus*, optime quidem, ex ipsius Aretaei loco, de angina cap. VII. l. morb. ac. I. obseruatum probauit. Hac de schola²⁰⁾ pauca modo inter nos constant, cum fere omnia eruditorum scripta quae ex ea prouenere, iniuriosum tempus nobis eripuerit. Huius sectae princeps statorque, procul fuerat dubio Athenaeus Cilix, vel secundum Coelium, Tarsensis²¹⁾, Agathini praeceptor, cuius postea discipulus Archigenes exitit, Cappadoci adhuc aequalis. Hic, quem nominari, sectae fundator, sequentibus a ceteris suam voluit discedere scholam: Quatuor elementis praecipuas subrogando facultates, calidum, frigidum, humidum cum sicco ut prima posuit stamina rerum, quibus e Stoicorum²²⁾ principiis τὸ πνεῦμα addidit, quod tum macrocosmi tum microcosmi euncta penetrando, immensa vi quaecunque gubernaret, ut Mantuanus ille canit poeta:

Principio coelum ac terras, camposque liquentes
Lucentemque globum Lunae, Titaniaque astra
Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

Spiritus eius, quam describere modo aggressus sum, sectae, totum regere corpus humanum, integer, valetudinem seruare corpori cum robore secundam, laesus²³⁾ vero diros ciere morbos, ex his quae modo dixi, quaeque nunc enarraturus sum, perspicitur. Qua

19) Cum ex ea nil scripti reliquum nobis sit, vel ob hoc solum Aretaeus pluri est faciendus, cuius quippe opera, licet incompleta, solummodo ad nostra usque tempora, omnibus reliquis pneumaticorum scriptis deperditis, sunt seruata, quorum ex numero nominabo modo Athenaei illa, Agathini, Herodoti, denique Archigenis. Quae enim in Galeno, Oribasio, Paulo, aliisque occurrunt nil, nisi mera huius scholae sistunt nobis monumenta.

20) Quaecunque etiam, Aretaeum methodicae sectae addictum esse, ostentandi causa protulerit P. Petitus, ea tamen quae hucusque narraui, quae statim sequuntur, et quae doctius fufusque docuit Wigganus, sufficiant.

21) Ac. morb. l. II, c. 10.

22) Cicero de nat. deor. l. II. c. 7.

23) ἑστὸν προτοπαίθοντος ἰσ. πνεύματος. Gal. introd. cap. 9.

vero via corpus intret humanum, quaque ratione excitet morbos, adiectis quibusdam aliis scholae decretis, meum nunc est, cui fatagere pro viribus conabor; accuratiorem enumerationem et perscrutationem eorum, quae decreuerat schola, philosophico-medica, Sophoclis verbis memor, doctis viris caute relicturus:

Σοφία δ' αὖ σοφίαν
παράμειψεν ἀνήρ.

Palmarium pneumaticorum dogma erat, spiritum ²⁴⁾ per vniuersum corpus ²⁵⁾ dominantem a pulmonibus per clandestinas vias ad cor ²⁶⁾ dimitti, indeque diffusum, singulis membris vitam impertiri, eoque robustiorem et vegetiorem esse hominem, quo ampliores pulmones natura spiritus com meatui parauerit. Omnia itaque, quae liberum spiritus in corpus ingressum impedire, quae illam viam et coarctare et totam claudere, quae denique τὸ πνεῦμα in ipso corpore turbare mutareue valeant, vel morbum corpori, vel mortem inferre possint. Ea propter Cappadox de ortu epilepsiae sic fabulatur ²⁷⁾: Corripi homines epilepsia, si πνεῦμα intus ferueat, omniaque commoueat, totumque spastice circumvoluatur corpus. Sic diligentia, ingenioque sibi proprio, causam Anginae enucleare studet ^{*}): Existimat nimirum, esse cynanchem, solum spiritum, praua conuersione in calidissimam siccissimamque naturam, immutatum, nulla tamen corporis parte laborante inflammatione, etc. Verum, ne detegendo scholae paradoxa, Aretaeum illudere, occultusque eius inimicus videar nonnullis, cum potius, non fucatum nudumque quasi eum ostendens, amici nomen merear, ex iis etiam quae schola proposuit laudabilia, pauca nunc adferam. Statuerunt nempe, pulsum ²⁸⁾ distentione iuxta et contractione cordis arteriarumque confici. Obseruarunt etiam genituram, non ex omnium animalis partium eliquatione, sed ex sanguine solummodo, eoque per-

A 3

24) An hicce spiritus idem sit, quem Stoici ἐκτικόν nuncupant, an ignis (Diogenes Laert. in calce l. VII.) incertum.

25) Arist. hist. anim. l. I, c. VI. φέρσει δὲ

καὶ εἰς τὸν πνεύμονα πόροι ἀπὸ τῆς καρδίας κ. τ. λ.

26) Aret. p. 6. ed. laud.

27) p. 3. ed. laud.

28) Galenus de differ. puls. l. IV, c. 12.

*) p. 6.

fectissimo fecerni. Concluserunt ²⁹⁾ denique ex plurimis obseruatibus, femineo sexui nullum esse semen genitale, sed feminas, materiam nutritionis fetus, mares vero genuinum semen, vitali facultate praeditum, suppeditare. cet. Verum, ne in hunc, quem composui libellum atque congeffi, Athenaei illa quadrent: τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἐστὶ τῷ μεγάλῳ καιῶ — pedem hic figam; qui verò hac via longius adcuratiusque procedere volunt, et Clericum in hist. med. et Hallerum in bibliothecis et practica et anatomica adeant, necesse est.

Nullus equidem dubito, fore quosdam, qui taedio magis quam amore Aretaei ³⁰⁾ capti, omnia eius scripta, futilia leuiaque sunt iudicaturi, hos vero viros non monitos, (quod iuuenem non decet) sed rogatos velim, legant sequentia iudicentque. Meis vero ut potiar votis, pauca nunc de eius in rebus medicis peritia ita enarrabo, ut, quae aureus eius liber, ex anatomicis, physiologicis et medico, ut aiunt, practicis, quae denique ex eius curandi aegros ratione, vestigia contineat, ipsis mei verbis firmata, statim sim expositurus. Totum corpus humanum tribus partibus esse compositum, spiritu ³¹⁾ nempe, fluidis solidisque partibus, monet noster l. morb. ac. II. c. 3. ἡ φύσις — πάντων μὲν κρατίει, πᾶσι δὲ σημαίνει, καὶ ὑγρῶ, καὶ πνεύματι, καὶ στερεοῖσι κ. τ. λ. quibus procul dubio Coi patris vestigia pressit, qui Sect. VIII. libri de morb. pop. VI. has partes corpus humanum constituentes nominat: τὰ ἴχοντα ἢ ἑρμῶντα, ἢ ἐνθρόμενα σώματα. Multum postea hac de re disputauit Galenus ³²⁾, quem ne nimis longus euadam, ipsum adeundum suadeo. Quae habet pulmonibus, videantur infra. Hepatidis, Erasistratum secutus, venarum adpellat *ξίζωσι* ³³⁾ καὶ αἵματοποιήσεως ὄργανον ³⁴⁾. (Cui opinioni peruetustae contradixit iam Aristoteles in

29) Cf. Galenus de semine libr. II. cap. 5. sq.

30) Quae de Aretaeo hic dixi, de Hippocrate, Galeno et Alexandro Tralliano simili valent ratione. Etenim inter omnes vetustatis amicos constat, permulta recentiorum temporum in rebus medicis inuenta, profecto non inuenta, sed reperta potius esse nominanda. Haec quae dixi probabunt quae

sequuntur, et quae in *Inuentis nov. antiquis* proponuntur.

31) Videantur quae infra ad vocem πνεῦμα notauit.

32) De differ. febr. l. I.

33) L. de m. ac. II. c. 7. p. 27.

34) Singularem plane de hepatis functionibus ideam Plato scriptam reliquit in Timaeo. cf. Opp. Tomus III. p. 71. edit. Ser-

L. de pt. animal. l. III. c. 4. ἀλλ' οὐθεις ἂν ἀξιώσειεν αὐτὸ (τὸ ἥπαρ) τὴν
 ἀρχὴν εἶναι, οὔτε τῆ ὄλου σώματος, οὔτε τοῦ αἵματος.) Cum enim chy- /v #
 mi ad iecur adfluxus, animal dum vivit, sempiternus procedat, fic
 etiam ex hoc viscere et in omne corpus sanguinis esse didu- /putat
 ctionem et bilis ³⁵⁾ praeparationem. Splenem, vt Cous iam docue-
 rat, viscus *μανόν* ³⁶⁾ appellat, quod, non vt multi huic iuniores, ana-
 tomiae restauratae temporibus, aequilibrii quasi, conformitatisque
 causa, sinistro lateri innatum perhibuere, sed ut atrum detergeat san-
 guinem ad hepar tendentem, eumque quodammodo iam elaboret.
 Quam ob rem *Anonymus* ille de liene dicit: *δόξειεν αὐτὸν εἶναι ἥπαρ*
εἶναι. En totam adhuc recentiorum post tot tantosque labores ite-
 ratos, de splenis officio sententiam! Stomachum *ἡδονῆς καὶ ἀπείτης ἡγε-*
μόνα nuncupat ³⁷⁾, quam descriptionem non modo veterum philo-
 sophorum et medicorum saniores, sed recentioribus temporibus
 principes in arte viri exhibuere. Ab illo, pergit Aretaeus, corpo-
 ris pendere robur, animique firmitatem demissionemue omnem.
 Quod si cui paradoxon videatur, adeat *Bagliuii*, *Sydenhami*, *Sto-*
liique scripta. Hic melancholicorum et hypochondriacorum tri-
 stes latent inimici, hic maniae, epilepsiae et tot tantorumque mor-
 borum inuestigandi sunt recessus. Coctiois ciborum instru-
 menta ³⁸⁾ nominat noster ventriculum et colon, chylumque ab his
 praeparatum in iecore condit, cuius in anfractibus, sanguinis ori-
 ginem omnemque praeparationem latere docet. Sed hiscum non
 quietus, vaporibus totum qui permeant corpus, non minus nutri-
 tionis vim tribuit. Nonne in his verbis nuperorum, quae promul-
 garunt principes physiologi, (vnico qui dissentit *Cruikshankio* ex-
 cepto) de telae cellulosae officio, decretorum vestigia? Capite 9.
 libri II. de tunicis intestinorum ventriculique loquitur, cui vtrique
 duplicem adscribit, quorum interior in dysenteria corpus egredi
 animaduertit. Reticeo, ne nimis longus fiam, quae differit de reni-

rani, ubi de diis loquitur minoribus qui sum-
 mi dei iussu, iecinori vaticinandi vim im-
 posuissent: *κατέστησαν ἐν τάτῳ τὸ μαρτεῖον,*
κ. τ. λ.

35) L. m. diut. I. cap. 15. p. 63.

36) Qua ex causa praedisposita etiam ad
 scirrhum et abscessum cf. l. de m. diut. I.
 cap. 14. p. 61.

37) L. m. diut. II. cap. 6. p. 81.

38) L. m. diut. I. cap. 15. p. 68.

VIII

bus ³⁹⁾ glandulosus, de vesica tendinosa ⁴⁰⁾, de vteri ligamentis et teretibus et latis, et quae sunt reliqua.

Age nunc, pauca etiam de Aretaei angiologica c. h. cognitione. Cor viscus calidum, forte, stimulo esse respirationis negotio l. II. cap. 1. de m. ac. innuit, cui ex Hippocratis et Chryssippi Stoici sententia, vitae atque roboris principium omne tribuit. Sanguinis in arteriis propulsionem ⁴¹⁾, contractione a corde orta perfici, quo ex continente motu curam arteriarum, si vulneratae fuerint, perdifficilem esse. De portarum ⁴²⁾ vasis, non inscium sed optime potius instructum fuisse, testatur initium capitis 8. l. II. morb. ac. p. 28. Qui locus paulo longior, dignissimus foret, qui totus a me transcribatur.

Nunc etiam iis quae haecenus proposui, de cerebro et nervis quaedam ex Aretaeo desumpta, addam. Από τῆς κεφαλῆς, inquit ⁴³⁾, τῆς ζωῆς ἐστὶ ἡ ἀρχή. Quo veterum dicto haud pauci nitebantur physiologi ad recentia vsque tempora, quos contra ⁴⁴⁾ Fabricius ab Aquapendente ⁴⁵⁾, Malpighius ⁴⁶⁾ et Hallerus ⁴⁷⁾, sua cum ovo incubato instituta experimenta in libris, quos tanti facimus, promulgauere. Sic pergit noster eodem, quo diximus, capite de cerebro, quod attrahat ex corde sanguinem et q. f. r. Neruorum ⁴⁸⁾ originem in sinoiput ponit, admonetque aegrotos, ne fomenta hac capitis parte imponi patiantur. Mea autem vetusti illius, a coaeuis sprete, a iunioribus obliti, admiratio, perlecto cap. VII. l. de morb. ac. I. summum petiit, in quo eruditorum recentissimo-

39) L. m. diut. II. cap. 3. p. 75.

40) L. m. diut. II. cap. 4. pag. 78. *Wiggamus* neruosam vertit vesicam. Si vero vesicam veris neruis non musculis et tendinibus qui ob coloris similitudinem etiam νεύροι audiunt, ex mente Aretaei compositam esse voluerit, errorem quem commisit, facile, quae sequuntur, Cappadocis verba emendare queunt: νεύρον δὲ ὡς τὴν φύσιν τὰ κ. τ. λ.

41) L. m. ac. II. cap. 2. p. 18.

42) Nisi rebus impediar inopinatis, fieri possit, qui ea quae, suafore *Platnero*, viro celeberrimo, cum vase portarum institui expe-

rimenta, quasque inde assecutus sum observationes, in futurum sim propositurus.

43) L. de m. ac. cura l. I. p. 105.

44) Aristoteles iamiam l. VI. hist. animal. cor primum viuere monuit. Recentioribus temp. *Aldrouandus*, *Coiter*, *Harueus*, *Veslingius*, *Lancisius* aliique hancce sententiam magis magisque exemplis illustratam limarunt.

45) Op. anat. phys. ed. Lipf. p. 23. sq.

46) T. II. Opp. ed. Lugd. Bat. p. 58. sq.

47) Sur la formation du coeur dans le poulet: à Lausan. 1758. 8.

48) L. de m. ac. cura l. cap. 6. p. 123.

rum de neruorum decussatione, communicatas nobiscum sententias nudis conspexerim verbis; quas secundum obseruationes Cappadox meus aegrotos, suae curae demandatos, tractat. Cum vero is locus non careat modo, quid, cum summa abundet utilitate, dignissimum iudicauim quem totum his infererem, quo nimirum et cerebri et medullae spin. neruorum iter cum χιασμῶ, s. litterae X. signo ingenue comparat. Dicit nimirum eo in loco, dextram laborare capitis partem, si laeuae nerui sint resolutae et s. p. Causam huius phaenomeni his explicans: αἰτία δὲ τῶν ἀρχέων τῶν νεύρων ἢ ἐπαλλαγῆ· ἢ γὰρ κατ' ἴξιν τὰ δεξιά ἐπὶ δεξιά οἰδοπορεύει, μέσφι περατῶνται, ἀλλ' ἐμφυτά τῇ ἀρχῇ ἕκαστα εὐθύς ἐπ' ἐκείνα φοιτῇ, ἀλλήλοισι ἐπαλλαξάμενα εἰς χιασμὸν γήματος, κ. τ. λ.

Nunc et pauca ex *pathologia* Aretaei exhibebo specimina. Ilud de colica⁴⁹⁾ caput, vnum ex his expertus sum, quod utilissimis abundaret obseruationibus. En optima circa morbi diagnosin monita! dolores esse vagos, iis sese manifestare in locis, vbi sedes morbi; sic ascendentes pleuritidem, ad latus procedentes splenitidem mentiri; impedire et vrinae secretionem, sic renes adficere, petere et cremasteres eosque turbare, quapropter medicos quosdam empiricos symptomate deceptos, morbum in cremasteribus timentes, hos exfecasse, narrat. Asthmatis illa species, quam noster lib. I. morb. ac. cap. 18. describit, quae iuncta cum tussi, dyspnoëa, agrypnia, et particularum calculosarum excreatione, cel. *Baldingero*, qui et *Walchium* contra iure ostendit, morbum esse et nuperis temporibus obuium, Asthma scirrhusum videtur. Quae de vermibus, morbisque ab his excitatis, noster habet, ea tanti sunt ponderis, et tam subtiliter disputata, explicataque, vt tota non legi modo, sed, vt viri doctissimi verbis vtat, in succum et sanguinem verti, mereantur. Euoluantur itaque capita περὶ σκοτοματικῶν, περὶ μελαγχολίας, περὶ μανίας, περὶ παραλύσεως. κ. τ. λ. quae thesaurum obseruationum medicarum complectuntur. — Proprium neruis morbum tetanum esse, omnes neruos a thritide adfici, l. de morbis ac. II. cap. 3. et l. m. diut. cap. 12. fusius docet. Omitto angustis limitibus circum-

49) L. m. diut. II. cap. 8. pag. 85.

X

scriptus quae praecipue de venae cauae ⁵⁰⁾ acuto morbo diserit, quem, Galeno forsan excepto, nemo veterum habet, de ictero ⁵¹⁾ de lienis ⁵²⁾ morbis, de calculis ⁵³⁾ humanis, de hydatidibus ⁵⁴⁾ hydro-picorum, locisque modo adlegatis, acquiescam.

Restat nunc ut, qualis eius fuerit aegrotos *curandi ratio*, tum quoad medicamenta ingesta corpori, tum quoad externe ei adplicata, breuibus exponam. *Ξυνομαρτεῖν* ⁵⁵⁾ τὴν ἰητρείην τῆ ῥασιῶνῃ τῆς φύσεως ἄριστον, et alio in loco ἀγαθὴ ⁵⁶⁾ διδάσκαλος ἢ πείρη. Vtrumque dictum de Aretaei norma curandi in vniuersum testari queat, quam et Hippocratem, et omnis aevi principes in arte viri obseruasse, cum ignarissimis ignoramus. Verum si eapropter, Cappadocem rudes inter empiricos cuidam lubeat deiicere, hunc vel vnam nostri paginam perlegisse dubito. Hippocratis exemplo, medicaminibus internis iusta cum diēta ⁵⁷⁾ non parce quidem vsus (Pleuritidem et Pneumonitidem si excipias, in quibus varia suadet) plurimum topicis medicaminibus tribuit. Summum cardiacorum vinum ⁵⁸⁾ habet, quod pro morbi et naturae aegroti diuersitate, vel merum vel dilutum commendat. Nec minus laudat Castorei vsus in Lethargo, Apoplexia, Tetano, Suffocatione hysterica, Gonorrhoea al. In morbis chronicis Absinthii succum, Castoreum, Theriaca al. vna cum saepissime iterato corporis motu (omnem quem vetat in morbis acutis) aequae ac in hepatis abscessu affectibusque renum sudorifera, et urinam pellentia suadet. In omnibus fere morbis chronicis Vomitum excitare iubet, non solum istius temporis genio gerendo morem, sed ut motu praepremis illo vehementi, tum solidas partes stimulas roboret, tum fluidas resolutas inde diffundat ⁵⁹⁾, quae claris verbis expressit ⁶⁰⁾: ἤτε ἔντασις εἰς ἐγγήγορσιν ἔχει τὸ ζώπυρον, καὶ ὁ τῶν φλεγμάτων ἔμετος τὴν αἰτίην τῆς νόσου ἄγει. κ. τ. λ. Qua ex

50) L. II. m. ac. 8. p. 28.

51) L. m. diut. I. c. 15. p. 63.

52) L. m. diut. II. cap. 14. p. 61.

53) L. m. diut. II. cap. 3. p. 75. sq.

54) L. m. diut. II. cap. 1. pag. 69. sq.

55) L. de m. diut. cura I. c. 4. p. 173.

56) L. de m. ac. cura I. c. 2. p. 116.

57) Dietam et hinc iamiam quam maxime laudat lacteam, ut et balnea.

58) Sic in phrenitide I. de m. ac. cura c. 1. in syncope I. II. c. 3. p. 246. sq.

59) Recentiorum iterum temporum novum inuentum!

60) L. de m. ac. cura I. I. 4. p. 118.

causa, vacuo ventriculo lenia modo suadet emetica, ut aquam tepidam, oleum, emulsionem cet. eo vero vel bile vel pituita cibis deprauatis scatente, nil magis commendat albo Helleboro ⁶¹). Eadem ipsa ex causa aegrotis purgantia suadet, quorum ex numero Helleborum nigrum, Hieram, Coccum Cnidium, Aloen, omnes vero superantem Helleborum album, vel solum vel pituitanae admixtum. — Ut refrigeretur et roboretur corpus, ut calefiat, humectetur, sicceatur, aut ad salubres motus inde concipiendos, viresque excitandas inuitetur cutis, balnea, fomenta, cataplasmata, frictiones, cantharides ⁶²), synapismos, cet. qualibet fere pagina suadet. Si quid corpori noxium inhaereat, si capiti quid officiat ex intestinorum cum illo consensu, si pars quaedam sit inflammata, si alius non bene respondeat, cet. ad haec omnia corrigenda educendaque, *enematum* largum commendat usum. Quam ob rem et pro morborum diuersitate, variam eorum materiem esse voluit; addit eapropter salia, mel, Hyssopum, Rutiam, Centaureum, Therebinthinam, Castoreum, et si summum minatur vitae periculum Euphorbium et Colocynthidem, ut in cap. de Apoplexia iubet l. de m. ac. cura I. cap. 4. p. 118.

Aretaeum post *Themisonem* ⁶³), cuius scripta vel latent vel sunt deperdita, ad sanguinem e corpore eliciendum *sanguisugis* ⁶⁴) pri-

B 2

61) Ἐλλεβορῶν χρῆσθαι, τῆ ἄσχατῆ καὶ δυναμωτάτῃ παντῶν ἀγωγῆ. l. de m. chron. cura l. c. p. 169.

62) Clericus hist. med. l. IV. p. 513. „Les methodiques, et même la plupart des anciens medecins employoient les medicemens qu'ils apelloient metasyncritiques, pour tirer du centre à la circonference. Ils prenoient pour cela de la moutarde, ou la plante appelée Thapsia. Aretée le pratiquoit aussi, mais il employoit de plus les cantharides, pour attirer plus puissamment etc. ut existimo Aretaeus, primus fuit, qui cantharidum usum externum ad vesicas trahendas iuberet, simulque cautionem adderet, ne vesica cui praecipis noxiae, corrodatur, largam lactis copiam ante eorum usum bibendi. Internum vero usum in Hydropse iam iam laudat Hippocrates.

63) *Themison*, ut ex *Galen* l. III. de locis affect. c. 8. patet, *C. Celso* aequalis, qui primus omnium hirudines aegrotantium corporibus adposuisse a *Cael. Aurel.* dicitur, morb. chron. l. I. p. 286. ed. *Almelou*, cui *Clericus* hist. med. pag. 442. nullis fultus argumentis contradicit.

64) Antiquum eorum nomen *birudo* fuit, ferioribus modo temp. de eorum virtutibus instructi, homines, alteram iis imposuerunt denominationem. Sic *Horatius*:

Non missura cutem nisi plena cruoris
hirudo —

et *Plinius* hist. nat. l. VIII. in elephantis descr. „Cruciatum in potu maxime sentiunt hausta hirudine, quam sanguisugam vulgo coepisse adpellari, aduerto.

15- mum vsum fuisse, et altum reliquorum veteris aevi medicorum, silentium ⁶⁵) et quaedam ipsius loca declarant. Ex omnibus quotquot curiosus adii vetustatis scriptoribus graecis, vnico *Theocrito* (quem mihi Henricus monstravit Stephanus), nullus earum mentionem fecit, qui Id. II. 55. amoris vim hisce iucundus comparat:

Αἰαί ἕως ἀνιῆε τὸ μὲν μέλαν ἐκ χειρὸς αἷμα
 Εμφύς, εἰς λιμῶτες ἅπαν ἐκ βθέλλα πέπικας.

Post mei tempora, *Aetius*, *Paullus*, *Trallianus*, al. his saepius vsos esse, ex eorum scriptis nobis elucet. Tribus vero in morbis, et vbi sanguis scarificatione paullo profundius erat elicendus, hircines adposuisse, meus testatur, quarum, si impletae deciderant, vulnera, cucurbitulis renouauit. Sic Satyriasi, Coeliaco affectu, Hepatideque laborantibus non sine magno morbi leuamine, eos adhibuisse legimus.

Fidus Hippocratis discipulus, Cappadox, in sexcentis morbis et diurnis et acutis, *cucurbitulas cruentas et siccas*, variis partibus, vt in Phrenitide et Lethargo vertici, in Apoplexia, et Tetano, occipiti, in Melancholia hepatis regioni, cet. infigendas esse suadet: quibus caute addit, ne infirmioribus, neruorumque morbis laborantibus, spasmodicos excitent dolores, parum modo flammae eos adpropinquare, et paullo lenius modo imprimere ⁶⁶). Ast vbi totus imitandus mihi videretur Aretaeus, id in *venae sectione* foret. Tanta enim cum cautione eam instituit, vt recentiorum temporum haud paucos antecelleret. Largam eam suadet, ampliori- que incisione instituendam, in omnibus fere morbis inflammatoriis, quam etiam postulante necessitate, iteratam. Verum in morbis apoplecticis, melancholicis et plethoricis, parcam at repetitam iu-

65) Vnicus *Plinius* I. 32. c. 10. ex morsu eorum narrat, interemtum Messalinum Cottam virum Consularem, qui Tiberio regnante, consulatum gessit. Quo factum est, ni fallor, vt eorum vsus, tribus aegrorum exemplis, medicis istius saeculi paulo suspe-

rior redditus sit. Quapropter nullus in opp. *Galen*i genuinis hircinum vsus. Spuria enim sunt, quae addita leguntur ab *Oribasio* collecta, eaque non *Galeno*, sed *Antyllo* methodico adscribenda.

66) *Morb. ac. cura* I. I. c. 6. p. 134.

bet venae sectionem cet. Loca autem, quorum venas incidit, pro morborum varietate diuersa etiam sunt; sic venas aperit frontis, cubiti, linguae, omniumque primus in manu, vbi nimirum vena annularem digitum et minimum interfluit⁶⁷⁾. Sic et grauioribus in morbis copiam sanguinis extrahendi, ad hæminae⁶⁸⁾ dimidium et ipsam hæminam primus constituit. Non contentus venas dexteritate secandi, imminente maiori periculo et *arterias* aperit noster, e. g. in vertice, in oculi angulis et in vtroque auris latere, quo Cephalaeae⁶⁹⁾, Vertiginis⁷⁰⁾ et Epilepsiae⁷¹⁾ vehementes aut leniit impetus, aut prorsus sustulit. Quem vero medici sequuntur laudantque, et chirurgi admirentur. Etenim praeter ea, quae de medicaminibus topicis modo dixi fere quotidianis, non modo felici respondente euentu, abscessum in hepatis regione intestina vastantem, ferro aperuit⁷²⁾, et praeter eam, quae per vias vrinarias, corpus egrediebatur, magnam puris elicuit copiam, non solum terebra cranium perforauit⁷³⁾ Epilepsia laborantium, non iussit modo in Cephalaea, lienisque scirrhus institui vitionem, sed in calculosis etiam, nisi inflammatione impediatur, de lotio cathetere⁷⁴⁾ educendo, eorumque vesica incidenda, et de secanda trachea, iis, qui ad nos peruenerunt, aureis differit in libris.

Qui vero medicis est commendandus Aretaeus, et linguae Graecae studiosus, optimo proponendus exemplo. Nam nemo medicorum post Hippocraticum tempus inclytorum, ornatus⁷⁵⁾, elegantius, vtilius denique librum, et argumenti et sermonis habitatione, Aretaei aequiparandum opere, vnquam composuit. Quamuis enim e Cappadocia, ob insignem Graecae linguae barbariem,

B 3

67) M. ac. cur. l. II. c. 3. p. 139.

68) Mina, Mna, Cotyle, ponderis genus, drachmas C. vel plus aequans, sec. Galen. l. 5. κατά γένη cap. 3. p. 778. Plinium l. 21. §. 109.

69) L. m. diut. cur. l. 2. p. 166.

70) Ibid. c. 3. p. 171.

71) Ibid. cap. 4. p. 174.

72) Conf. mor. b. diut. l. I. r. 13. p. 60.

73) M. diut. cur. l. I. c. 4. p. 174.

74) M. ac. cur. l. II. c. 9. p. 159.

75) De eius stylo hoc iudicium Matrairius tulit. „Sermonis breuitas, multiplex materiae copia, vis verborum in causa fuerunt, vt stylus quidam ei proprius esset, et a communi aliquantulum recedere videatur. Quidquid est superfluum, quidquid ex sermonis filo et artificiosa vocabulorum structura potest intelligi, id omne refecat: unde fit, vt emphatica et elliptica ei admodum placuerit syntaxis. etc.“

nota, ortum suum duxerit, tamen studio veterum, Homeri, et Hippocreatis, quorum et imitatore se praebuit et sectatorem, tantam sermonis puritatem, tantumque nitorem cum elegantia nactus est, ut non mente solum et doctrina, sed ore etiam Hippocreatem referre videatur. Quare, quod Cappadox tam emendate pureque Ionica dialecto opus conscripserit suum, more virorum eruditorum fecit, qui, quas natura voces negavit, studio et ingenio sunt adepti. Itaque pauca modo ut adferam exempla huc pertinentia, *Aelianus* ⁷⁶⁾, homo Romanus, sic attice scripsit, ac si mediis in Athenis natus esset. Sic *Phavorinus* Gallus tanta inclaruit Graeca eloquentia, ut paucis secundus euaderet. At cur ad exteras vagarentur gentes! nonne inter nos ipsos viri inclaruere Latio qui decori extitissent? Foretne vnus, cui non statim inclytum *Ernestiorum* nomen in mentem veniat? Sic et medici quidam sunt Germani, qui scriptis suis patriam mentiri possint, quorum ex numero cl. *Zimmermannum* cum exp. *Swediauero* commemorare modo placet, qui Gallico Anglicoque idiomate nupera composuerunt scripta.

Superfunt nobis Aretaei ingenii diligentiaeque testes, (cum libri primi capita quatuor priora, et opera eius chirurgica omnia aut perdita aut latentia lugeamus) hi qui sequuntur libri:

περὶ αἰτίων καὶ σημείων ὀξέων πάθων βιβλ. β.

περὶ αἰτίων καὶ σημείων χρονίων πάθων βιβλ. β.

ὀξέων νούσων θεραπευτικά βιβλ. β.

χρονίων νούσων θεραπευτικά βιβλ. β.

Sed et haec passim et incuria et tempore saucia et deprauata. Ast neminem profecto existimo fore, cui hicce non displiceat ordo librorum, cum pathologica morbi descriptio ab eius therapia sit separata. Quam ob rem permiratus sum, cum viderem et *Wiganum* et *Boerhauium* pristinam librorum seriem, eamque interruptam retinuisse. Cum itaque quae dixi, tanta emineant et veritate et vsu, certissimus sum, si quis in posterum, Aretaei opera, non

76) Optime Philostratus eius biographus monet: ἠττίκισε δὲ ὡσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογείᾳ Ἀθηναῖοι.

criticorum solum, ut ex parte factum est, sed medicorum potius in usum edere suscipiat, illum genio adductum, consuetum hunc ordinem neuquaquam esse neglecturum.

Codices mspri qui mihi innotuerunt, sequentes fere sunt: noti illi *Medicæi* et *Vaticani*, duo musei *Harleiani*, quibus usus est *Wiganus*, quinque illi, quos notat *Petitus* in praefamine commentariis addito. Quos regii continent thesauri Parisiis, septem nominat catalogi codd. mspt. bibl. reg. Tomus II. Par. 1740. fol. pag. 460. seqq. no. 2186. 2187. 2202. 2220. 2288. (in quo scriptum Ruffi forsan Ephesii de renum et vesicae morbis, Aretaei nomen fert) 2289. 2234. De reliquis *Montfaucon* ad nos retulit, sunt vero codd. bibl. *Sillarci*, *Thomasini*, *Escorialensis*, *Ambrosianae Mediolanensis*, *Bavaricae* et *Augustanae*. At quod maxime dolendum est, hi codd. omnes, ut viri affirmarunt docti, iisdem fere in locis manci fuere, ut deficientes scriptorum Aretaei locos explere, eaque integra reddere, ne vllus quidem valuerit. Nunc ad editiones typis impressas mea accedit narratio. Princeps igitur quae prodiit operum Cappadocis editio, vna cum Ruffo Ephesio, latinam vidimus, *Iun. Paulo Crasso* Pr. Patav. interprete Venetiis a 1552. fol. min. excusam. Ipse *Crassus* in praefamine fronti operis adposito, graeci cod. fusius enarrat historiam, qui forte suas in manus inciderit; hunc itaque ut potuit lacerum quippe maculatumque, collatis insuper tribus, quos supra nominavi codd. latine vertit. Quapropter non potuit non, quin hanc in editionem haud pauci irreperferint errores, quorum vero maximam partem recentiorum diligentia emendavit. Quae vero graeca primum prodiit editio, *Goupyli* fuit, qui et manca libri postremi capita ex regiis et propriis supplevit codd. in *Crassi* editione desiderata, impr. Paris. ap. *Hadr. Turnebum* 1554. 8. Quae editio partim ob textus puritatem, partim etiam ob lectiones varietatem in calce adnotatam, (nostris temporibus rarissima *) omnem meretur laudem. Eodem anno quo *Goupyliana* in vulgus exiit editio, latina etiam G. M. T. emendationibus Parisiis est impressa. Hanc ipsam ab omnibus fere *Goupylo*

*) Cum mihi haecce editio non esset, sua ex bibliotheca eam mecum benevole *Krausio* viro cel. gratias soluo debitas, qui communicavit.

Catal. codd. graecor.
Bibl. Laurent. Cluitor.
Ang. Mar. Wordinio.
Jo. M. Flor. 770. p. 16
seq. Cod. XV. sine titulo.
inc. a cap. V. ἀρτηρίων.
ἀρτηρίων. Def. ὠτὸν κίβ.
ὠτὸν κίβ. τὸ πένδον.
lib. II. inc. ἀρτηρίων τὸν
Def. ἰσχυρὸν ἀρτηρίων.
lib. III. inc. Ἐσθλαίον
Ἐσθλαίον. Def. ἰσχυρὸν
ἰσχυρὸν. lib. IV. inc.
ἰσχυρὸν ἀρτηρίων
Def. οὐκ ἀρτηρίων ἐς
ἰσχυρὸν, ἰσχυρὸν. lib. V.
ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν. Def. ἰ
ἐς ἀρτηρίων τὸν
τὸν. VI. καὶ τὸν καὶ
ἐν ἰσχυρὸν. Def. ἰ
ἀρτηρίων ἰσχυρὸν.
lib. VII. ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν
lib. VIII. cap. ἰσχυρὸν πένδον
πένδον. Def. ἰσχυρὸν
ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν καὶ τὸν
ἀρτηρίων ἰσχυρὸν τὸν
Cod. graec. chart. n. 11
in fol. Sec. XV. cuius
notitiam minas vna
ram exhibet in fac
catal. Montfaucon.
Conpat fol. scriptib.

adscriptam, *Guilielmo* tamen *Morellio Tiliano*⁷⁷⁾, (in quem et literae quadrant maiores) *Hadr. Turbeni* in officina typographica socio, tribuere mallet, cum omnes, quotcunque hunc nominauerunt, solidam eius eruditionem laudarent. Emendauit sua versione illam *Crassi* vitiosam, addidit e *Goupyli* ed. graeca libri postremi, quae desiderabantur capita, adiecit denique paucis animaduersiones in locos, qui in *Aretaei* cod. graeco a *Crassi* interpretatione discrepant, quosque editio, quae statim sequitur, stellulis habet notatos. Omnibus adnotationibus nuda impressa est versio lat. *I. P. Crasse* cum quinque capitibus e *Morelliana* suppletis, in collectionis medicae artis principum T. I. op. *Henr. Stephani* Paris. 1567 fol. — *Basilea* tot tantorumque graece scriptorum seruatricis, aequae gaudet vers. latina, quae simul cum *Palladio*, *Ruffo*, al. a. 1581. impressa est ap. *P. Pernam*, prima versione ab ipso *Iun. P. Crasso* recognita, additisque in illa deficientibus capitibus. In fine praefationis annum videre est 1555, quo *Iunium* adhuc vixisse constat. Cum autem tota collectio, nescio qua de causa, tamdiu imperfecta latuerit, *Iunio* mortuo, *Celsus* filius modo imprimendam eam curauit, verum non ipse interpretatus est, vt *Boerhauus* in praef. et *Hallerus* in bibl. pract. T. I. p. 194. opinati esse videntur. Quam sequitur editio nec a *Wiggano*, *Hallero* cet. nominata, nec a me vnquam visa, quam *Georgianus* recenset catalogus: „*Aretaei* Cappad. tract. de morbis acutis, gr. et lat. cura *Hoeschelii* Ingolst. 1603. 4. Excipit has, quam *Haenischius* publici iuris fecit, operum *Aretaei* ed. gr. lat. Aug. Vind. 1603. fol.⁷⁸⁾ Qui capita libri primi desiderata, felix an secus, e *Galeno*, *Paullo*, et *Alexandro Tralliano* supplere studuit. Vfus est ed. gr. *Goupyli*, lat. *Crassi* notis anonymi (*Morellii*) codd. msspt. Veneto vt perhibet, *Bauarico*⁷⁹⁾ et *Augustano*, cui addidit editioni suae commentarium, vno verbo inutilem, qui nil proprii prae se

77) Eius etiam, quam infra citabo *Arati Phaenomen*, edit. gr. lat. auctor.

78) Ad manus mihi etiam ed. huiusce in fronte tituli: „*Praestantissimorum medicorum tractatus de morbis acutis et diuturnis, utpote phreniticis etc. quibus Aretaeus G. Haenischii cum notis, adnexus est.* Aug. Vind.

1627. fol. Cui vero nullus *Aretaeo* inest medicus graecus.

79) Vel nec vnquam habuit *Haenisch.* codd. Venet. et *Bauar.* vel iis non iuste vsus est, cum in ea, quae mihi est ed. a. 1627. ne vlla occurrit varians lectio, ex iis desumpta.

fert, (cum et anatomicas nudis fere verbis transcriptas deprehenderim adnotationes) nisi morborum nomina graeca, vili labore, ex hebraica lingua deriuata, confuseque posita. Qualescunque eius laudes meritas, fidibus at dissonis, canunt *Petitus*, *Clericus* et *Wigganus*. — *Patauinam*, versionem, anno quae prodiit 1700. 8. vt commemorem modo, sufficiat. Cum vero, licet *I. P. Crassi* interpretatio non ita sit spernenda, *Freindio* duce, *Wigganus* Aretaei editionem moliretur, melius esse ratus, si iteratam nostri editionem, noua liberioreque ditaret versione; qua facta, dissertat, *Mattairii* variantibus lectionibus additis, lexicoque congesto, suam auctor, in lucem emisit editionem splendidam, gr. lat. Oxon. 1723. fol. Huic posterior nitore, at vtilitate prior, prodiit, quae praepriis laudanda venit editio *Boerbauii* cum *Wiggani* et *Mattairii* in Aretaeum dissertat. *Petiti* commentariis integris, *Scaligeri*, *Haenischii* et *Trilleri* notis et emendationibus, lexico, indiceque copioso aduicta, Lugd. Bat. 1731. fol. 80). Huius editionis textum gr. lat. *Io. van Groenueld* secundum *Goupyli* et *Morellii* editiones, anno iamiam 1719. *Boerhauius* suasore, imprimi curauit; indicem congestit perutilem *Pellerinus*; totum reuifit, praefationemque addidit diuus *Boerbauus*. Excitandae denique sunt versiones latinae, *Venetiana* a. 1763. 8. *Argentoratensis* 1768. 8. illa collectionis *Hallerianae* 1771. 8. *Londinensis*, anglico idiomate impr. auct. *I. Moffat*, et nuperrima *Viennensis* 1790. 8. secundum *Wiggani* versionem, priore eius dissertatione omiffa, et parum adcurate impressa. Haec scribenti, a bibliopola quodam missam mihi cerno versionem et *vernaculam*, item *Viennae* impressam, cuius vero titulum, qui sensu quodammodo carere videtur, totum hic transcripsi: *Aretaeus des Kapadoziens, von den Ursachen und Kennzeichen rascher und langwieriger Krankheiten. — Vier Bücher. Aus dem Griechischen mit beygefügtten Anmerkungen übersetzt von I. C. Dewetz, Wien, 1790. 8.* Hoc in volumine pathologica modo 81) morbo-

80) Monendum insuper video, extare quodae exemplaria, eiusdem editionis a. 1735. cuius titulus modo interata vice est impressus.

81) In vtraque *Viennensi* ed. quae supra nominavi incommoda, nondum sunt sublata.

rum pars continetur, cui si placuerit, altera forsan sequetur therapeutica. Ast aliorum virorum doctorum iudicio, ne paullo iniuriosior videar, omnia committam; praeterire vero vix possum, quin moneam, ullam *Lindenii*, *Bernardi*, *Trilleri* al. emendationum, cet. cet. habitam esse rationem. — Restat nunc, nominare viros, qui in Aretaeum sunt commentati, eorumque scripta recensere. Primus horum aetate *Petrus* est *Petitus* (mitto, qui lectionis modo varietatem adnotarunt, *Morellium*, *Goupylum* al. sic et ill. *van Swieten* qui passim in *commentariis*, Aretaei locos quosdam emendavit) cuius commentariorum diu puluere sepulorum partem edidit *Mattairius*. Tanta autem huius libri, nescio qua ex causa, inter nos oborta est raritas, vt inutilem me non existimem, qui paullo adcuratius de iis differam. Impressus itaque est exoptatus ille liber hoc titulo: „*P. Petiti* in tres priores Aretaei Capp. libros commentarii, nunc primum editi. Lond. 1726. 4. In praefamine, eos ex *Graeuianis* schedis nunc prodiisse, notavit, breuemque auctoris vitam addidit *Mattairius*. Paginae in commentt. indicatae ed. Oxon. a *Freindio* et *Wiggano* sunt accommodatae, qui et indicem vtilissimum contulere emendationum, variantiumque lectionum copiam, a viris doctis additarum, continentem. Ipsi Commentarii morb. diut. libri II. attingunt modo cap. I. hisque finiuntur verbis: „cuius mendi suspicio animum percussit meum cum haec legerem *** Qua autem, ut ego quidem sensi ⁸²⁾, dum primum illos perlegissem commentarios, diuulgatione, *Mattairius*, ob amissum eruditionis thesaurum, dolorem refricarat potius, quam lenirat. Integros autem commentarios, casus tandem exoptatissimus nobis reddidit ⁸³⁾, cum hoc *Io. Iensius* a typosetha quodam aere reducit, qui, se hunc librum inutilem maculatumque haereditate accepisse, retulit. Huius viri studio commentarii, ad diuum peruenerunt *Boerbauium*, qui integros eos (sint manibus viri intimae grates!) sua cum editione imprimi curauit ⁸⁴⁾. *Mattairius* etiam in Aretaei

82) Nondum mihi tunc temporis Boerbauiana fuit Aretaei editio, sed arida illa sterilisque *Haenischii*.

83) Cf. praef. *Boerbauiana*.

84) Mera est fabula, quam *Lindenius* narrat de editione Aretaei Lutetiana, *P. Petiti* commentt. illustrata.

dialectum commentariolum concinnavit, qui simul cum *Trilleri* emendationibus editioni *Boerhauianae* est adiectus. Nec omit- tendus est medicus polyhistor *Ant. van der Linden* qui in select. med. p. 89. seqq. in locum Aretaei de Ilei causa pro more suo paul- lo fusius est commentatus. Nominandus etiam venit *Immanuel Walch*, qui p. 150. seqq. antiq. med. quaedam habet Aretaeum explicantia. Sic *Clericus* in historia medicinae de Aretaeo eiusque secta fusius differuit, quem et *Wigganus* secutus est. Cell. *Grunerus* et *Baldin- gerus* de rebus medicis viri meritissimi, et Aretaeum dignum inue- nerunt, qui in eum doctissime scriberent. Differit de eo prior, in *Gedanken von der Arzneywissenschaft und Aerzten*, posterior in duabus polusionibus, 1) de venae cauae acuto morbo, 2) *περὶ ἀδ- ματος πνευμάδος*, quas in dissertat. med. selectu, quibusdam adnotat. auctas, imprimi curavit cel. *Grunerus*. Qui denique intimam suam cum Graeciae Latine scriptoribus, pluribus iamiam notam, nobis red- didit amicitiam, vir cl. *C. G. Kühn*, libellum etiam de dubia Aretaei aetate, Lips. 1779. 8. in lucem emisit.

ΑΡΕΤΑΙΟΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΣ ARETAEVS CAPPADOX

περὶ πνευμονίης.

DE PVLMONIA.

Δυσὸσι τοῖσι πρώτοισι, τροφῇ καὶ πνεύματι, τὰ ζῶα ζῆ, τριτέων δὲ πολλὸν ἐπικαιροτέρη, ἀναπνοή· ἢν γὰρ ἐπίσχη τις αὐτῆν, εἴς ἐς μακρὰν διαρκέσει, ἀλλ' αὐτίκα θνήσκει αὐ-

Duabus praecipue rebus, ali- mento atque spiritu tenetur animantium vita; ex his autem longe plurimum praestat respira- tio: quam si quis retineat, non diu sufferet, sed repente moritur.

πνευμονίης. πνευμονίς, πνευμονίτης, περιπνευμονία ἢ περιπλευμονία Hipp. pulmonia, pneumonitis, pneumonia, peripneumonia non ita inter se differunt, ut antiquo- ribus quibusdam visum est. (cf. *Burserii inst. med. p. 99.*) Nam viscus hoc la- xum et spongiosum, quae interior fuerat inflammationem, exteriora mox petere non impedit. Facili autem ratione explicari potest, undenam vox περιπνευμονία, quae inflammationem pulmones ambientem, significare videtur, orta sit. Librarii, graecae linguae periti, auctori quem transcribent, styli quandam elegantiam addere voluerunt, cum illa, praepositionis cum articulo, periphrasi vterentur; sic e. gr. cap. περι πνευμονίας sic mutauerunt ἢ περι πνευμονίας (sc. νόσος vel φλεγ- μονία) h. e. pneumonia ipsa. Verumque verbum posthaec incuria est contra- ctum, accentus mutatus et τὸ ε deletum. Talis, ut constat, verborum vel contra- ctio vel discisso sexcentis occurrit. Cf. eapropter prolegomena cl. *Villoisonii*, nouae Iliadis edit. gr. Venet. praemissa.

τροφῇ. Hippocr. περι Φύσων p. 296. l. 23. ed. *Foes.* ἢ ἐπὶ δὲ τῆσι τροφῆσι τούτοις τὰ ὀνόματα, οἷα, ποτὰ, πνεύματα.

Non eade. Nam ut Weizelii
explicatio beae se habeat, etenim,
dactylos dactylos opus e. ἢ ἀναπνοή
Vulgariis laudis ἢ ἄριστον κοινωτικόν
offert, ἢ firmat ex Hippocr.
de flatibus et ceteron de
N. D. II.

πνεύματι. Quem alioquin lubens, sequor, *Clevicum*, tamen hic relinquo, qui πνεύμα modo per aerem quem spiramus, explicuit. Nullum enim cerno impedimen- tum, quin hic, τὸ πνεύμα factae, intelligam, de quo noster alii in locis dicit: ἢ τοῦ πᾶν τὸ ζῶν. Hae veterum, περι πνεύματος sententia, conuenire tota mihi videtur cum illa physicorum et physiologorum recentiorum, de spiritu quodam conseruatore, formatio, vel vi quadam, per vniuersum dispersa. Adeat, cui haec non arident, *Hippocratem*, vel quisquis scripserit l. de carnibus, adeat *Aristotelis* de spiritibus 4. cum *Dan. Furulani* et *Hadr. Turnebi* commentt. impr. Hanouiae 605. fol. comparet modo haecce scripta, cum iis quae inde a *Buffono* ad haec vsque temp. nobiscum sunt communicata.

ἀναπνοή. Ut meliorem loco inferrem relationem, legerem ἢ πνίη, quod saepius oc- currit loco τῷ πνεύματος vt Il. ε. 526. Od. δ. 402. Nam quia, quae corpus nu- triunt et seruant, recenset, non respirationis, sed πνεύματος opus esse mihi vi- detur. Sed omnium codd. silentio, et meam vocem retineo.

ἐπίσχη. Hippocr. περι Φύσων l. c. ἢν δὲ τις ἐπιλάβοι τὰς τῷ πνεύματος εἰς τὸ σῶμα δι- ξιώδης, ἐν βραχεῖ μέρει ἡμέρης ἀπόλλοιτο.

θνήσκει. Sic exemplum legimus apud *Galenum*, quo motum pulmonum voluntarium fulcit, seruum quandam omnem respirationem suppressisse, exanimemque statim fuisse collapsum.

θρωπος. Ὀργανα δὲ μυρία, ἀρχὴ
μὲν ῥίνες, ὁδὸς ἀρτηρίη, χάρη δὲ
πνεύμων, θώρηξ δὲ πνεύμονος ἔρυμα
καὶ δοχὴ. Ἄλλα τὰλλα μὲν ὅπως
ὄργανα μᾶλλον διακονέεται τῷ ζώ-
πνεύμων δὲ καὶ τὴν αἰτίην ἔχει τῆς

Huius instrumenta plura sunt; ini-
tium nares, transitus fit per aspe-
ram arteriam, locus continens
pulmo est, pectus autem pulmo-
nis vallum et receptaculum. Sed
ceterae quidem partes, tanquam
instrumenta duntaxat, animali in-
feruiunt; solus pulmo causam at-

C 3

ὄργανα. Ὀργανον secundum *Plutarchum* ἔργανον τι res ad aliud quid perficiendam
apta. Organicum corpus id vocamus, cuius in solidis meatibus, stas secundum
regulas, ut aliquid constituent, fluida mouentur. Sic dicitur hepar ὄρ-
γανον αἰματοποιήσεως χάριν καθυστακός. u. τ. λ.

ῥίνες. Varia huius vocis apud veteres medicos occurrunt synonyma. *Ῥώδανες* et
μηκτῆρες. *Hydratus* de corp. partt. p. 146. ed. *Bernardi*. *Ruffus* l. 1. c. 6.
Item l. 1. c. 4. *Μυζοτήρες* a ceteris Graecis, ab Athenicis. vero *μύζας* ait,
vocari. Audiunt et *ῥινία*. *Anonymous* l. c. 55. τῆ πνεύματι πόρος ῥίς.

ὁδός. Ex parte etiam οἱ θαλάμοι τῆς ῥινός ἐρετ *Pollux* in *Onomast.* Tom. I. p. 192.
αὐτῆς δὲ τῆς ῥινός, τὸ μὲν ὑπὸ τὰς ὀφθαλμοὺς ἠθμός, δι' οὗ διηθεύεται τὸ πνεῦμα.

ἀρτηρίη. Est tubus ille cuius ope spiritus in pulmonum folles hauritur, rursusque
exploditur, quique omnia ad vocem articulate edendam confert. Est proprie
ἀρτηρία, ἢ *πρωσία* τὸν ἀέρα τηροῦσα ἢ *φυλάσσουσα*. Antiquissimis temp. di-
cta est *ἀσφάραγος*; sic *τύβλος ἀνήρ*. II. X. 328.

Ὅδ' ἀρ' ἀπ' ἀσφάραγον μελὴν τῶν χυλοβοάρεων
videtur et *Suidas* in u. σφραγίζοντο. Postea, ut ex *Galeno* (de compos. med.
cap. 1. patet.) dicta est *ἀρτηρία*. Verum, cum id nominis etiam aortae tribui
coeperit, priorem, ut distinguatur ἀρτηρίαν adpellauere *τραχεῖαν*, posteriores
ἀορταί et *λαίαι*. Audit et apud *Aristotelem* ἀρτηρία παχέα, νευροδέσαστη σύριγγ.
ap. *Hippocr.* de venis l. IV. (quod *Foësius* in *Oeconomia* omisit.) *βρόγχος Galen.*
de admin. anat. l. VII. Dicta est *Ciceroni*, *Celfo*, *Lucretio* al. aspera arteria;
Caelio Aurel. canna guttauris, pulmonalis cannula, pulmonalis calamus. *La-*
stantio fistula spiralis; *Arabibus* arteria audax, *Mundino* al. fistula, *Sanctorio*
(ad *I. Feu Auic.*) false, arteria venosa, etc.

Omisit hic *Aretaeus* adducere fauces, quae tamen secundum eius sententiam,
ab aspera art. sunt separatae, ut l. II. m. ac. monet: *Φαρυγγεθρον*, ἔνθα
καὶ ἀρχαῖ ἰσμάχα καὶ ἀρτηρίαι. Accuratio *Pollux* in *An.* l. IV. sect. 43. ὄγι μὲν
Φαρυγγε ἰσμάχα ἐπὶ ἀρχῆ, ὡς *βρόγχε* λάρυγγε.

πνεύμων. *Wiggan* πλέμων Att. et Aeol. Occurrit haec vox plerumque in plurali
quapropter *Aristoteles* h. a. XVI. δέλει γὰρ εἶναι διμερῆς ὁ πνεύμων ἐν ἕκαστι
τοῖς ἔχουσιν αὐτόν.

θώρηξ. Dicitur vel ἀπὸ τῆ θορῶ h. e. falio, a cordis pulmonumque motu, vel παρὰ τὸ
θεῶν ὄρειν, quod diuini quid custodiat, animam nempe quam in thorace resi-
dere veteres suspicabantur, ut monet *Ingrassias* in comm. ad Gal. l. de off. pag.
133. — In recensendis pulmonum tegminibus, commemorat *Hippocrates* χέ-
λων pro θώρηκα, χέλος vero significat testudinem, amphibium illud scuto te-
ctum fornicato, a cuius tecti similitudine thorax etiam tale nomen nactus est,
sic explicuit *Nicandri* Scholiae ad *Alexiph.* v. 81. δια χέλου, δια τῆ σήθης.

Αἱ ἐκ ἀνάστα. καὶ μὲν.

ὀλκῆς. Ενίξει γὰρ αὐτοῦ μέσον
σπλάγγχρον θερμὸν ἢ καρδία, ζωῆς
καὶ ἀναπνοῆς ἀρχὴ· ἥδε καὶ τῷ πνεύ-
μονι τῆς ὀλκῆς τῷ ψυχρῷ ἥερος τὴν
ποθὴν ἐνδιδόει· ἐκφλέγει γὰρ αὐτὸν,

tractionis in se continet, cum
eius medio cor insidet, viscus
calidum, vitae respirationisque
principium: illud etiam frigidi aë-
ris attrahendi desiderium pulmo-
ni iniicit, siquidem eum incen-

ενίξει. Sic Anonymus c. 22. ὁ δὲ πνεῦμον κείτοις ἢ ἢ καρδία δὲ περὶ ταύτην. Sic Hesychius inuolui cor a pulmonibus καλόν, ἢ δὲ κ. κ. λ.

μέσον. Cor non ipsum tenet medium, sed sinisterius magis positum est, quod et Plinius obseruauit h. n. l. XI. § 469. Orivas, anat. ed. Dundas, p. 80. Huncce errorem e Zoootomia veterum ortum esse quicumque videt.

σπλάγγχρον. Deriuatum a σπλήν dor. σπλάν referente Eustathio, sic vt pars viscerum pro omnibus fere positum sit. Praecipue vero viscera sic audiebant, quae haturisprices intruebantur, qualia sunt pulmones, cor, hepar al. Cordi vero prae omnibus hoc nomen est tributum, vt Aristophanes σπλάγγχα δερμαίνειν πρὸς ὀργῶν; quapropter et uisatum illud ἀσπλάγγχος pro ἀκάροδος. Cum autem animae sedem in cor collocauerint, omnes illius affectus, huius nomine comprehendebant: sic ap. Plutarchum αἰδηρὸν σπλάγγχρον, sic et ap. Gregorium τὰ μήτρῳα σπλάγγχρα σπαρασσμένη, unde etiam illa vernaculae linguae sunt deriuanda er bat ein gutes Herz, Herzensfreund etc. Rarum exemplum vsus vocis, de partibus obscoenis, in Pindaro occurrit Olymp. 6. 73.

Ἦλθε δ' ὑπὸ σπλάγγχρον ὑπ' ὀδίνος τ' ἐφραῖς ἰάμος
Ἐσφάος ἀντίνα —

ζωῆς. Videantur quae supra no. 42. monui.

ποθὴν. Sententiam τῷ θεῷ Πλάτωνος de corde vsuque pulmonum (quam Aristoteles in l. de resp. refutauit) sequens locus ex Timaeo defūctus optime declarat: τῇ δὲ δὴ πηδῆσει τῆς καρδίας, ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκία, καὶ τῇ τῷ θυμῷ ἐγέρσει, προγινώσκοντες ὅτι διὰ πυρὸς (rectius forsan διάπυρος) ἢ τοιαύτη πᾶσα ἐμελλόν ὀδύσει γίνεσθαι τῷ θυμομείων, ἐπικρίαν αὐτῇ μηχευόμενοι, τὴν τῷ πνεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν.

Apertissimum inueni locum, cui de respirationis negotio quasdam adderem obseruationes. Quilibet concedere mihi, vt opinor, coactus est, contractionem et expansionem pulmonum summam, a cuiuscunque pendere voluntate, (nam non pauca exemplorum in historia extat copia, hominum retinendo sua sponte aërem, mortem sibi consciuisse.) Cum vero motus voluntarii a musculis, organis motui dicatis, perficiantur, nonne hos in pulmonibus etiam suspicemur? Accedit, si mucus aut sanies pulmonibus inhaereat, tum illis visceribus irritati, contrahimus ipsi pulmones, tussique a nobis excitata, molestum illud conamur eliminare. At quicumque, quod me non fugit, opponere mihi poterit: „Neminem anatomicorum in mera cellulosa tela, qualis illa pulmonum, vnquam structuram musculofam esse opinatum; omnem etiam pulmonum motum a musculis pendere thoracis et abdominalibus“: huic vero, sanioris et anatomiae et phytologiae legibus inuiolatis, haec opponere liceat: Si motricem pulmonibus adscribo virtutem, in rebus medicis me sic μολυβθεῖον ne credas, L. B. qui musculos inter cellulofas pulmones referam. Verum, laryngem cum aspera arteria, missis ceteris, et ex musculis constare, eosque non solum interiorem vestire trachaeae superficiem, sed etiam descendere

Plato commendatus.

re *) ad imas pulmonum fibras, diuus nos docuit *Hallerus* in *Elem. Phys. T. III. p. 147.* En totum remotum *πέρα σκινδάλα!* Proceedit itaque illa musculoſa faucium tunica per tracheam, ad interiora pulmonum, vbi in itinere, irritatione quippe externi aeris minus expoſita, ſubinde extenuatur, euaneſcunt quo tenuiores euaderant ſtriae rubrae, cum vaſa rubri ſanguinis amplius non ſint capacia, perueniunt ad oſſia cellularum, vbi paululum expanſae cellulofae telae, ſimiles epithelii, vt *Bonnius* nos docuit, ſeſe adplicant. Quae coniunctio tenuis tunicae musculoideae omnia et tuſſis et reſpirationis phaenomena nobis explicat, licet, quod non nego, et muſculi thoracis et abdominis multum tribuant. Quanta etiam ſunt, quae viri docti, in reſpirationis cet. negotio diaphragmati adſcribant, ex obſeruationibus tamen, quas et alii et ipſe inſtitui, perſpectum habeo, eo altius aſcendere diaphragma, quo magis muſculi abdominales inferiores regiones trunci compreſſerint, id vero magnitudinem duorum pollicum vix erit ſuperaturum. Pulmones vero, inclinato etiam corpore parum itaque agentibus muſculis intercoſtalibus, compreſſo diaphragmate muſculisque abdominalibus, ad dimidium tamen propriae magnitudinis pro lubitu contrahere, et ad priorem magnitudinem implere iterum, valeo. Si vero quidam moneat, reſpirationem milleſies quotidie, inſciis nobis iteratam, nequaquam nominari poſſe actionem voluntati ſubiectam, aliud offero in corpore humano exemplum, nutum nimirum palpebrarum, qui toties ſimili modo perſcitur; palpebris tamen, niſi ſeſe quis riſui exponere velit, muſculos denegare non poterit. — In omnibus fere libris, quos legi, physiologicis, motus pulmonum neruis, inſpiratione et exſpiratione, illa, ipſo aeris, haec, pulmonum ponderi et muſculorum relaxationi thoracicorum etc. tribuitur. Dicant, quaeſo, qui his ſententiis adnuunt viri, qua in corporis actione, ſila illa tenuia, neruos volo, quidquam poſſint mouere niſi vim ſuam exerant in muſculos, cum extendere et contrahere ſeſe omnino nequeant; dicant hi viri, cur non qualibet inſpiratione a ponderoſo illo aere, qui triginta millium librarum pondere nos premere dicitur, toti **) impleantur pulmones, et cur ſola voluntas canales totos aperiat acriferos? — Meam inſuper ſententiam firmat, primum, larga neruorum ad bronchia tendentium copia, quam cel. *Wriſbergius* vir inter principes noſtri aevi anatomicos, notam nobis reddidit: poſt etiam auctoritas virorum, quos ſpernere non error, ſed religio foret. Viderunt nempe, praeter ea *Auerrhoes*, de an. l. 4. 19. et *Hallerus* l. c. talem fabricam in agno, ranis et teſtudine, *Malpighius* et *Bremondus* in aliis animalibus *Huſtonus* et *Heriſſontius*. In hominum pulmonibus *Williſius*, *Dionis*, *Verduc*, *Hoadlyus*, *Platerus*, *Sennertus*, *Horſtius*, *Bremondus*, *Heucherus* aliique. — Obiter haec a me ſunt dicta, alia fortassis occasione, id argumentum, cuius ſceletum modo adumbraui, adcuratius fuſiusque elaboratum, experimentisque vniſ in animalibus inſtituendis, confirmatum, erudito orbi offeram.

Alberum promiſſum

*) Quod et quater in pulmonibus inuencorum recens maſtatorum ipſe vidi, euauerunt autem quo ſaepe calidos adhuc pulmones inſtaram hae ſtriae rubiſculae, et microſcopii ope lineas albidas detegere modo poteram.

**) Secundum *Goodwyni* experimenta, varii pulmones a 90 ad 125 pollices cubicos aeris continere valent. His vero patet, vt aerem totum expellant pulmones,

haud parum vis indigere; cum vero pulmonum cellulae linea non horizontali (quae preſſioni faueret) ſed verticali aequore maximam ſaltem partem ſeſe adpropinquat, cum porro ipſa reſpiratione ſanguis e pulmonibus magis expellitur, clarum eſt, vanam futilemque eſſe opinionem eorum, qui pulmones ſuo pondere aerem expellere poſſe, et credant ac ſcribant.

ἔλκει δὲ καρδίη. Πρῶτον τοιγαρῶν, ἢν μὲν ἡ καρδίη πάθη, ἢν εἰς μακρὰν τῆ θανάτου ἢ ἀμβολή· ἢν δὲ πνεύμων, ἐπὶ μὲν μικρῇ τῇ αἰτίῃ, δύσπνοια, ζῶει κακῶς, θάνατος μήκιστος, ἢν μὲν τις ἀκέηται, Ἐπὶ δὲ μεγάλη πάθει, ὀκιοῖον ἢ Φλεγμονή, πνιγμός, ἀφονία, ἄπνοια, ὄλεθρος αὐτίκα. Ἡδε εἰς, ἢν καλέομεν

dit, cor autem est quod attrahit. Si igitur cor afficitur, mortis dilatio breuissima existit: si vero pulmo, vel a pusilla quidem causa laeditur, adest spirandi difficultas, vita misera, quam nisi medicina adhibeatur, tardus mors soluit. At in graui affectu, qualis inflammatio, adest strangulatus vocis, spiritusque interclusio, et

ἔλκει. Prisca medicorum sententia fuit, Hippocratis auctoritate firmata, cor ex omnibus partibus per vasa, frigidum atrahere aerem (vid. l. Hippocrati adscr. de carnibus p. 250. it. de corde pag. 269. ed. Foef.) et proprios ex pulmonibus ad eum promouendum tendere canales. Quae sententia ad *Hermannum* vsque *Conringium* durauit, qui scriptis suis, solida eruditione plenis, eam opinionem refutauit, ut nuper vidi, (cum ipsa *Conringiana* opera non possideo) ex ep. a *Conringio* ad *Leibnitium* data in cel. *Baldingeri Magazin*.

πάθη. *Plinius* l. XI. § 69. „Totum hoc viscerum vitis non maceratur neque supplicia vitae trahit, laesumque mortem illico adfert. Sic et *Arist.* l. III. de part. an. c. 4. — Haec vero non in vniuersum de omnibus cordis morbis valent, ut et *Aretaeus* in cap. de Phrenitide monet. Sic adnotarunt medici detegisse se in corde calculos, carnosas concretiones cet. quas propter sanguinis circulus neuquaquam fuerat impeditus. Sic omnibus iis in morbis et cor afficitur, in quibus corporis irritabilitas vel aucta est vel imminuta.

μακρὰν. *Gourpylus*, *Haenischius* et *Wigganus* εἰς μακρὸν sc. χρόνον Praetuli minus conuictum loquendi modum qui et *Hom.* II. γ. *Plat.* de legg. I. al. occurrit.

ἀμβολή. Ion. pro ἀναβολή. Inuenisse se perhibet *Haen.* misptis ἀβολή, quod nil nisi vitium librariorum esse potest, cum nec *H. Stephanus* nec *Barinus* tale condant verbum. Aliam eamque δημοτικότεραν substituerem vocem, ἀμβολίην volo, qua facile τὸ ε elapsum esse potest.

Φλεγμονή. De qua *Galenus* comm. III. in l. de fract. sect. 8. refert, sic esse adpellatum tumorem ad quem rubor et calor accesserit, pergit: πάλαι γὰρ ἔχ' ἕτως ἀλλὰ τὴν φλόγωσιν ἅπασαν ὀνομαζον Φλεγμονήν. κ. τ. λ. Ἀλλὰ ἀπὸ τῶν Ερυσισσάτα χρόνων εἰδήθη τὸ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα λέγεσθαι κατὰ τῶν ὀγκων ἐπειὼν, ἐν αἷς ἢ μόνον θερμότησι φλογώδης, ἀλλὰ καὶ ἀντιτυπία καὶ σφύγμος. Sic et *illam* def. in l. de tumor. praeternat. cap. 2. *Paullus* l. IV. c. 17. p. 63. ed. Ald. Accurate etiam discrimen notat *Aetianus* l. II. περὶ διαγν. παθῶν c. 29. inter φλεγμονὴν καὶ ἐρυσιπέλατα. Propria phlegmonis signa *Celsus* optime nominauit l. III. c. 10. p. 139. ed. cel. *Krausii*. — Recentiores his praecipue phlegmonem ab erysipelate distinxere, quod illius infl. profundior sit, rubra, circumscripta, functiones partis quam occupauit laedens, febris vehementior, pura; huius infl. superficialis, rosea, febris biliosa magis et gastrica.

ἀφονία et reliqua symptomata a nimio sanguinis ad hasce partes adfluxu, quo nerui comprimuntur, sicque agendi vi desituuntur.

περιπνευμονίην, Φλεγμονή τῷ πνεύ-
μονος, ξὺν ὀξείῃ πυρετῶ· εὐτε ξύνε

celerrima perniciēs. Hic ille mor-
bus est quem peripneumoniam
vocamus, quae pulmonis inflam-

περιπνευμονίη. Huius nulla in Hippocrate adcurata expositio. Noster primam, iisque temporibus (quin nostris non condemnendam) optimamque exhibuit descriptionem, quam verbotenus fere secutus est Galenus in def. med. sic ut Aetius, ed. gr. Ald. βιβλ. ὀγδ. p. 174. *περὶ πνευμονία, Φλεγμονή ἐστὶ τῷ πνεύμονος, σὺν ὀξείῃ πυρετῶ.* Quae Paullus l. III. 30. de eo morbo habet, secundarium eum magis sistunt, addit vero *ἐστὶ δὲ ὅτε καὶ αὐτὴ κατάρχεται τῷ πύθου.* Nil praecipui habet Alex. Trallianus l. V. c. 2. de peripneumonia. Aetianus denique l. I. *περὶ διάγν. πύθου* c. 36. omnium pessimus, illam cum Angina, Pleurite, Phrenitide al. mixtam depingit. Inter Latinos vero scriptores nemo adcuratius in ea describenda versatum inueni Caelio Aureliano qui l. II. ac. morb. c. 26. de ea verba fecit, ubi etiam opiniones praeceptorum medicorum de sede morbi, his complexus est verbis. „Diocles statuit, pati pulmonum venas: Erasistratus arterias; Praxagoras eas pulmonis partes quae spinae sunt coniunctae: Herophilus totum pulmonem; Asclepiades eas pulmonum partes quae arteriis adherent, quaeque bronchia audiunt: Apollonius venas et arterias pulmonum: Soranus denique totum morbo laborare corpus, vehementissime vero pulmones.“ Nam quantum ceterum Celsus est, in eo tamen morborum genere describendo vix medium meretur locum. Inter recentiores nemo breuius, meliusque eam definiuit duumuiris, quorum verba statim adlegabo; prior ex his, Boerhauius suam secundum infl. theoriam sic est locutus inst. §. 820. „Si in vasis pulmonalibus, inflammationi suscipiendae aptis, vera inflammatio concipiatur, morbus vocatur Peripneumonia.“ Hunc excipit, qui morbi phaenomena paucis optime distinxit Saluagius (vid. Cullen. synopl. p. 21.), Peripneumonia, pyrexia acuta, dyspnoea grauis, grauius pectoris dolor, tussis cruenta, pulvis mollis.“ Fufius morbum optimeque depinxerunt viri, quibus tanta debemus Fr. Home in princ. med. p. 124. Stoll Aphor. de cogn. morbis. Vindob. 1786. p. 12. Cullenus et Burserius curam respicientes, hic cum pleurite, ille cum omnium thoracis viscerum infl. iunctam, eam descripserunt.

πυρετῶ. Proprie, et ut scholiastes expl. ad Il. χ. 30. ἢ τῷ αἵματι ἐκκαύσημά, ubi Homerus de Orionis cane aestum adferente canit:

Καὶ τε Φέροι πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροστοῖσιν.

Πυρετὸν Didymus inepte febrem vertit, quae vero illos inter Graecos ἀκαίως non tanta vagatur copia. Sic et Homerum sequentes Virgilius et Lucanus:

— torrens siccities Sirius Indos

Ardebat coelo —

— rapidusque Sirius ignes

Exerit —

Senioribus temp., cum ex vita luxuriosa pristinam Aethiops labantem reddidissent valerudinem secundam, variis aliis morbis, et febribus vexabantur, quae ex ea cum tempestatis ardore similitudine, huius deportauerunt nomen. *Πυρετῶ* vero loco Hippocrati magis vsui est τὸ πύθου, de quo Galenus; ἴσμεν δ' ὅτι πύθου ὀνομάζει (Ἰπποκράτης) τὸν πυρετὸν ἀκαίως. Sed et pluries apud Aretaeum occurrit, ut l. I. morb. diut. c. 9. — Omnes quotquot de Peripn. scripsere medici, acutam febrem ei tribuere, quae nullis nuntiis praemissis, statim homines inuaderet.

D

XXVI

τιν αὐτέοισι βάρος τῆ θώρηκος, ἀπο-
νία, ἢν μᾶνος φλεγμῆν πνεύμων·
ἄπνοος γὰρ ἡ φύσις αὐτές, μανός
μὲν γὰρ τὴν ἔσθην, εἰρίοισιν ἕκλος.
Ἄρτηραι δὲ διελήλανται τρηχίαι,
χονδρώδεις, καὶ αἰδὲ ἄπνοοι· μύες
δὲ ἔδαμη, σμικρὰ δὲ νῦρα, λεπ-
τὰ, ἐς κίνησιν ἐπίκαιρα· ἥδε τῆς

matio est, cum acuta febre; in qua
pectoris subest grauitas, sed quae
dolore vacat, si solus inflammetur
pulmo; is enim natura doloris
expers et rara, lanæ similis est.
Arteriae eum percurrunt asperae,
cartilaginosae eaeque etiam dolo-
ris immunes. Musculos nusquam,
neruos tantum exiguos habet at-
que tenues, qui motui ipsius in-
feruiunt; et haec quidem vera
causa est, cur dolorem pulmo non

βάρος. Sequentibus Aretaeus huius phaenomeni rationem addit: eam nimirum esse morbosam materiam, quae tantos in pleura exitando dolores, laxos pulmones modo premeret.

ἄπνοος. Quod et *Arist.* et *Galenus* obseruarunt. Hoc et alia non fieri potest ratione, cum in tela cellulosa nullus reuera sensus, ne in iis quidem punctis (quod tamen nonnullis anatomicorum visum est) quos nerui perforant, nisi hi miro lusu, ramusculos in telam miserint cellulosa. Omitit vero hic permagnam illam sensilitatem, aeriferis canalibus inditam, sibi que non incognitam, (ut ex alio eius loco patet *I. morb. diut. I. c. 10. εὐχαλεπαίνουσιν εἶναι τῶ ὑγρῷ*) qui acribus vaporibus, quin frigido aere sic irritantur, ut spasmodice pulmones contrahant.

εἰρίοισιν. *Lib. I. morb. chron. c. 10.* pulmonum substantiam Aretaeus dicit *μανόν πολυτρίτον, σπογγίη ἕκλος*. *Hippocr.* in *I. περὶ ἀνατομῆς: Φύσις ἐὼν τενθρονιῶδης* he. *ἀπὸ τῆ τενθρονία, κηρία*, fauo, siue nido infecti hymenopteri, apud *Syluestris Arist. I. 9. h. 2. c. 43.* quae comparatio non est condemnanda, cum *Io. Walaeus*, referente *Bartholino* *infl. anat. c. 9.* cellas inflatorum pulmonum, piforum magnitudinem aequantes, vidit.

ἄρτηραι. *Pallux. Anom. I. II. ὁ δὲ βρόχος — ορίζεται ἐς πλείους ἀποφύσεις, αἱ καλῶνται σύριγγες τε, καὶ βράγχια καὶ ἀορταί*, quibus verbis ille, in libro de homine obuius locus explicatur: *Ἀορταί αἱ συνίχουσι τὸν πλῆμωνα καὶ τὸν βρόγχον*. Omissi supra, trachaeam etiam dici *ἀορτην*, quod hic exemplis illustratum addo.

διελήλανται. Atticam hic secutus dialectum, cum ionica postulasset *διεληλίθωνται* pro *διεληλασμένοι εἰσι*. *Cel. Grunerus* (*Cens. libr. Hipp. p. 17.*) reprehendendo *Lindenum* optime addit: „Constat inter omnes, miram dialectorum communionem et contagionem quasi plurimis eorum, qui Ionica ratione vsi sunt, fuisse perquam familiarem.“

τρηχίαι. Accuratio anatomica bronchia vix sic nominasset, cum mox infra bifurcationem notam characteristicam, asperum nempe, totum deponant. Apud *Arist.* *σύριγγες* audiunt qui in *συραγγὰς* he. pulmonum cauernas, abeunt.

χονδρώδεις. Haec cartilaginosa aspera arteriae fabrica (cuius cartilagine, noster *I. I. morb. diut. c. 10. τῶν ὀστέων τῆ καράβη* comparat) profundius immersa in laxam abit, tenui intus musculoſa tunica vestita.

τατα και πύονα· ρίς άκη σιμη· in temporibus et ceruice sunt
 Φλέβες έν κροτάφοισιν, ή και τρα-
 χήλω διημένας· σφυγμοί τὰ πρῶ-
 τα μεγάλοι, κανοί, πυκνότατοι, ομοί-
 όν τι συνεληλάμενοι. Θερμασίη ή
 μὲν ἐς τὸ ἔξω ἀμυδρῆ, ὑγροτέρη·
 ή δὲ ἐς τὸ ἔνδον, ξηρῆ θερμοτάτη·
 ἐφ' ἣ ἀναπνοή θερμῆ, δίψος,

πύονα. Intelligit forsan hic Aretaeus tenuem illam albamque pelliculam, quae in-
 lethaliū morborum vitimis temporibus, non raro aegrorum oculis obue-
 lat; quamque obseruarunt *Stoll* rat. med. pag II, pag. 129. *Fritze* med. Annal.
 Th. I. p. 117. *Burserius* l. c. *Warren in Samml. für pr. Aerzte* 12 B. 1. Sr.
 Laude his viris praeciue *Paullus* l. III, p. 40. ed. Ald.; καὶ τὰ ὕμματα διώδη-
 κε μετὰ τῶ κάτω νέφειν, τὰ ἐπισκονία, καὶ οἱ κροταοειδῆς υπολίπαιο φαίνονται.
 κ. τ. λ. et *Coelius Aurel.* l. c. p. 138.

σφμη. Vel vt Asthmatici solent dilatare pinnas narium, quo summum nasi non ita
 prominat; quod et *Hippocrates* intellexisse videtur l. IV. de morbis p. 489. ed.
 Foef, καὶ τὰς μικτήρας ἀναπέτυνουσιν ὡς περ' ἕκτος ἐν δρόμῳ; vel quod ex ca-
 lore turgentes genae ita quasi includant nasum, vt is impressus videatur.
Aetius lib. VIII. p. 174. ed. Ald. ή ρίς άκρον σιμηῶτος, φλέβες έν κροτάφοισι
 ἐπημένας.

κροτάφοισι. Τὸ μεταξὺ ὀφθαλμῶ, ὠτός καὶ κορυφῆς, vt *Eustathius* ex *Arist.*
 definit.

σφυγμοί. In primis morbi stadiis, pulsus semper magnus et iusto durior sentitur,
 in morbi vero decursu hancce duritiem deponit, celer, mollis undosusque fa-
 ctus, quā pulsū ab *Aretaeo*, *Galenus* l. IV. de caus. puls. *Forestus* obl. med.
 l. 16. obl. 44. *Bagliuinus* opp. p. 144. *Fr. Hofmannus* med. rat. T. I. C. *Gandini*
 in l. gli elementi dell'arte sfigmica. p. 237. „il polso è più molle, piu estefa,
 „e con una specie di ondeggiamento.“ ecc. *Bonhomme* Spicil. curat. morb. Pa-
 tav. 724. pag. 95. aliique, pneumoniae proprium habent, Eundem vero ob-
 aliorum morborum accessum non admodum certum esse, monent: *Mor-
 gagni* de sed. etc. m. ep. 20. *Sarcone* l. c. T. I. p. 194. *Gesner in Sammlungen*
 T. I. p. 60.

ὑγροτέρη. Molimen naturae, quo morbum per sudorem soluere cupit. Hanc cri-
 ficos speciem, nostris climatibus raram, saepius obseruarunt vett. temp. *Hip-
 ocrates*, et nostris, exp. *Cleghorn*, dum aegrotos Minorcae sibi demandatos
 obseruaret, vid. eiusd. *Beobachtungen über die epidemischen Krankheiten in*
Minorca. cet.

θερμη. Ipsa anima maiorem aestus gradum prodit, aut sensus in neruis adfectis acu-
 tior est; quo aegroti decepti, de maximo pectoris feruore queruntur. Ex assē
Aetii locus huic respondet, pag. cit. ἀναπνοή θερμή, γλώσσης ξηρότης, ψυχρῶ
 ὕδατος, μῦθον δὲ αἶρος ἐπιθυμία. Addit *Hippocrates* l. III. sect. 5. pneumoni-
 corum in respiratione proprium sonitum τὰ στήθεα αἰεδαίν δοκεῖ.

δίψος. Cum *Aristoteles* (probl. IV. sect. 27. T. I. p. 465. ed. Lugd. fol.) qui san-
 guinolentos pulmones habent *Φιλοπότας* nominarit, omne abest mirum, cur
 pneumonici tanta siti sint correpti. Addit philosophus: καὶ οἱ ἐν τῇ περιπνευ-

γλαύσσης ξηρότης, ἐπιθυμὴ ψυχρῆ
 ἥερος, γνώμης ἀπωρῆ· βῆξ ξηρὰ τὰ
 πολλά, ἢν δὲ τι ἀνάγκηται φλέγμα
 ἀφραῖδες, ἢ ὑπόχολον οὐ κατακο-
 ρές, ἢ διαμμον ἀνθηρὸν σφόδρα· τό-

fitis fit, linguae ficitas, frigidi
 aëris desiderium et animi mole-
 stia; accedit etiam tussis plerum-
 que sicca, vel si quicquam ex-
 creetur, spumans exit pituita, vel
 subbilosa vel cruenta floridiffi-

D 3

ποιίε καὶ οἱ μαγνόμενοι, ἀμφοτέροι ἐπιθυμῶσιν οἶνα; καὶ τοῖ τῶν μὲν διὰ τὴν
 θερμασίαν, θερμὸς ὁ πνεύμων, τῶν δὲ διὰ τὴν ταραχήν. Qui vero aegroti, et
 putrida febre certissime laborarunt.

ξηρότης, et mucō albo tecta lingua, si pneumonia inflammatoria, qui vero color in
 flauum, fuscum, immo atrum vergit, si febribuscum biliosis, putridisque com-
 binata sit. Aliam coloris varietatis causam profert B. Verna p. 83. in descr.
 pleuritis ed. Venet. 1705. 4. „biliosa lingua inde, quoniam aëris transitus fre-
 „quentior et fortior, quo molliores saluæ partes abrasuntur, terrestres vero
 „resident.“

ἀπορίη Ex consensu neruorum pulmonalium cum cerebro, vagi sympathicique pa-
 ris interuentu.

ξηρὰ. Duplex causa siccam excitare potest tussim; pendet nimirum vel a nimia con-
 tractione quæ arterias exhalantes glandulasque mucosas obstruit, impeditque,
 quò minus nec vapor nec mucus tracheam intrare queat; vel etiam si ma-
 ior mucī copia in bronchiis sit collecta, quam quæ eliminari posset. Qua de
 re probe cauendum duco, ne quis semper siccam tussim e nimia debilitate
 ortam suspicetur, necessariamque venæ sectionem omittat.

φλέγμα In primis iamiam Pneumoniae stadiis, excitata collectaque a quacunque
 irritatione, magna copia lymphatici humoris in bronchiis confluit, quæ sub-
 inde puris naturam aemulatur, et sputa puriformia constituit. Recumbentibus
 itaque aegris, corporeque sic magis horizontaliter sito, materia illa in bron-
 chiis dispersa ad truncos maiores arteriæ asperæ ascendit, et anxietatem
 illam efficit; quapropter vt illa materia iterum descendat ἀνακαθίνουσαι ἐστὶ-
 λησι οἱ νοσῶντες. Plura vid. in de Haem. rat. med. Tom. I. pag. 118. Tom. VIII.
 P. 88.

ὑπόχολον. Scatere pulmones pneumonicorum materia fusca bilioidea, excell. vidit
 Wendtius, dum cadauera pneumonicorum aperiret; cf. eius diss. in cl. Baldingeri
 Sylloge p. 96. vbi plura exempla vir doctissimus sistit. Vt mihi videtur, hicce
 color a phlogisti copia producitur, quæ, vt coloris sanguinei biliosique pro-
 fundioris causa, lympham cum sero exsudante aut emisso, eodem colore tin-
 git. Nulla vera bilis in pulmonones inflammatos inuehi potest. Nam τὸ ὑπό-
 χολον Aretæi et τὸ καταχολον Aetii sexcenties in Hippocrate iisdem in locis
 ξανθὸν appellatur.

κατακορές. Cum Mattaivio legi ἔ κατακορές. Nam τὸ ὑπόχολον subflauum inepte
 cum κατακορές, verum, exquisitum, iunctum mihi videtur. Si Aretæus χο-
 λικὸν s. χολοῖς κατακορές voluisset, h. e. veram bilem, profecto non miti-
 gante illo ὑπόχολον vñs esset. Nam in sequente cap. de flauissimo sangui-
 nis colore modo dixit ξανθὸν κατακορῆως.

ἀνθηρὸν. Sanguis dilatione vasorum vel disrptione in pulmonum telam egressus,
 floida tingitur libero ab acre colore. — Miror equidem, nec Hippocratem

δε ἐστὶ τὸν δίαυμον τῶν ἄλλων κάκιον.
 "Ἦν δὲ ἐπὶ τὸ θανατῶδες ἐπιδιδῶι,
 ἀγρυπνίη, ὕπνοι σμικροί, νοθοί, κα-
 ματῶδες, φαντασίαι ἀξύνετοι, πα-
 ράληροι τὴν γνώμην, ἐκστατικοὶ ἔ-
 μάλα, ἀγνωσίη τῶν παρόντων κα-
 κῶν· ἢ γὰρ ἐπανείρη περὶ τῆς νέσθ,
 ἃ δὲ ὁμολογέσσι δεινόν. "Λικρεα ψυ.

mi coloris, quae quidem omnium
 pessima est. Quod si morbus ad
 exitium inclinēt, vigilia sequi-
 tur, somnus fit paruus et segnis,
 commatque similis, vanae sur-
 gunt imagines, delipit animus,
 sed non violenter admodum per-
 turbatur, praesentis periculi igna-
 ri sunt, itaque si eos de morbo
 interrogēs, nil periculi subesse,
 respondent. Extremi corporis

nec Aretaeum in descriptione pneumoniae commemorasse sputa illa atropur-
 purea, materiae cuiusdam a glandulis bronchialibus secretae. Aliis vero in locis
 haec sputa occurrunt, vt Aret. I. I. moib. diut. c. 10. Πυῖ ὑπεμελανίζοντι, et
 I. I. morb. diut. cap. 9. Φλέγμα μελάντερον ὅπως ἐξ αἰθάλης. Hippocrates Coac.
 Praen. Ολέθριοι δὲ καὶ οἱ τὰ μέλαινα λεγνυμένα πτύοντες, ἢ αἴσιν ἀπο οἴνου μέ-
 λανος γίνεται πτύσματα.

κάκιον Auctore Hippocrate in Coac. p. 9. 17. αἰματωδες δὲ (πτύελον) λίην, ἢ πέλειον ἐν-
 δέως ἐν ἀρχῇ, κινδυνῶδες. Totum similem locum habet Aetius pag. cit. βιβλ.
 ζηρά, εἰ δὲ καὶ ἀναχθεῖ τι, ἀφρώδες κατάχολον, ἐστὶν ὅτε καὶ δίαυμον ἀνδρῶν
 σφόδρα, ὅτι καὶ κάκιον ἐστίν. — „Sputum mistum ex rufo quodam et san-
 guine, dummodo statim edatur, inter initia terreri non conuenit.“ monet
 Celsus I. II. cap. 8. p. 66. ed. cel. Krausii. Tale sputum secundo terio die
 excreatum, crudum, flauescens vero leniensque, quod sexto vel septimo die
 intrat, collum nuncupant et Selle in Pyretol. et Weber op. Sem. p. 84.

ἐκστατικοί. Eo ἐκστασις a phrenitide differre videtur, quod haec febre fit comitata
 acutissima vt et Coac. οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς τρομῶδες γενόμενοι, καὶ πτυ-
 λίζοντες, ἢ γὰρ φρενιτικοί.

δεινόν. Οὐ πάντ' αἰσθάνομενοι τῶν παρόντων κακῶν Aetius I. c. habet. Vt in omni-
 bus hepatis ventriculique moibis, secundum Lorry de m. melanch. p. 270. et
 Muscaue de Arthrid. anom. §. 4. cap. 2. animi demissio cum summa tristitia
 miseris torquet, sic in omnibus pectoris morbis, immo pyra fere iamiam pa-
 rata, summa spes aegrotos nunquam relinquit, vt olim magnus Hippocrates et
 nuper eius imitator diuus Stoll obseruarunt; sic et Aretaeus hocce signum mor-
 bi non omittit. Verum suspicionem meam, Aetii magis quam Aretaci verbis
 ductus simillimis, retinere non possum, quin credam, narrando nouissimis ver-
 bis symptomata neruorum passionis, vt torporem, deliria etc. depinxisse hic
 Aretaeum forsan febris putridae cum pneumonia iunctae vltima stadia, (qua-
 lem obs. Huxham in libro de aere et morbis epid. Vol. II.) vbi eandem vidi-
 mus praesentium rerum et securitatem et obliuionem. At hoc mera suspitione
 nil aliud est, cum eadem phaenomena et in vera pneumonia interdum
 occurrant.

φυχρά. Vel quoniam omnis sanguis interiores petiit partes, vel etiam gangraenae
 signum. Ipsi fere verbis Burserius morbum describit. I. c.

χρὰ, ὄνυχες πελιδνοί, γρύποι· partes frigent; vngues liuidi et σφύγμοι μικροί, πυκνότετοι, ἐκλεί- adunci fiunt; pulsus paruus, cre- ποντες· εὔτε ἀγγῆ τέτρεθ' ὀλεθρος· berrimus, deficiens; iamque in ἐβδομαῖοι γὰρ τὸ πλεόν θνήσκουσιν. propinquo mors est, septimo enim die plerumque obeunt. At Ἦν δὲ κοτε ἐπαναφέρει ἢ νοῦσος, si releuetur morbus, et in melius καί τι ἐς ἀγαθὸν τρέπεται, αἰμορ- uertatur, longa erumpit fanguinis ραγίη λάβρωσ ἐκ ρινῶν, κοιλίη ἐκ e naribus profusio, multorumue τάρραξις πολλῶν χολωδέων ἐπά- biliosorum et spumantium fecum φρων, οἷα δοκεῖν ἀπὸ πνεύμονος per aluum excretio, quae ex pul- monibus in imum ventrem dela-

γρύποι. Pristinam deleui omnium editionum lectionem ἀγγρπνοι, quae profecto nil nisi scripturae sphalmata est, cum ante aliquot lineas haec vox occurrat, quae librario recenti fuit memoria. Vt pristinam tollerem lectionem, sequentia me mouere argumenra. Nam non modo Hippocrates Coac. § 16. dicit: ταῖσι ἐμπύοισι γινόμενοις — χειρῶν θερμαίνοντα τοὺς δακτύλους ἄκρας, καὶ τρηχύνον- ται, γρυπῶνται δὲ ὄνυχες κ. τ. κ. et Aetius l. cit. ἀκρα ψυχρὰ, ὄνυχες πελιδνοί καὶ γρυπῶνται. et Coel. Aurel. l. II. c. 32. et omnes fere recentiores medici id testantur, sed et ipse Aretaeus de tabe confectis his verbis utitur (l. morb. diu. l. 8.) ὄνυχες γρυποί δακτύλων, absunta nimirum carne qua utrimque firman- tur; vt cecinit ille Maximilianus:

Aret sicca cutis, rigidi stant vndique nerui
Et lacerant vncae tabida membra manus.

σφύγμοι. Retinui Hippocratis auctoritate, pristinam cum τὸ ὡ scribendi rationem, licet Goupylus al. σφίγμοι habeant. Σφύγμος κίνησις ἐστὶ καρδίας καὶ ἀρτηρίων κατὰ διαστολὴν καὶ συστολὴν γινόμενη, vt def. Paullus libr. II. c. 11. Cf. de pul- sibus in vniuersum praecl. Hebenstreit palaeol. therap. ed. cel. Gruneri spec. XII. pag. 279. sqq.

ἐκλείποντες. Pessimi si ex impuritate viarum, abdominisque viscerum obstructione. Oriuntur etiam ex aortae cum trachaea sinistra vicinitate; haec enim, si fan- guine turget, liberam supprimit respirationem, illa, si aëre expanditur, adflu- xum sanguinis impedit, unde et cordis palpitatio, et pulsus inaequalitas quin, intermisso. Raro talem pulsus obseruari monet cel. Wendt l. c.

ἐβδομαῖοι. Sic Hippocr. lib. de morb. III. sect. 5. p. 484. ed. Foef. ἀποθνήσκουσι δὲ μά- λιστα τεταρτάτος ἢ ἐβδομαῖος, et fere ipsis verbis Aetius pag. cit. Sed in sum- mo morbi gradu, cordeque simul inflammato, tertio iam die fato funguntur: vt Hippocr. Coac. III. 32.

τρέπηται. Ionicum cum Petito praetuli illo τρέπηται, cum idem locus capite, quod praecedit, occurrat: ἢ δὲ ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν τρέπηται κ. τ. λ.

αἰμορραγίη. In primis morbi diebus, vt et diarrhoea, semper symptomatica. (quod et Hippocrates in Coacis voluit, qui omne narium stillicidium infaultum di- xit.) Si vero sexto vel septimo accedat die, prosperrimum. Cf. de haemorrh. crit. Hebenstreit l. c. 346. sqq. Silitur et protinus morbus, aut vteri hae-

εἰς τὴν νειαιρὴν γαστέρα ἐξεῶσθαι, ἢν ἀγάγη πολλὸν ὑγρότερον ῥηθίως. Ἔσι δὲ ὅτε καὶ εἰς ἕρα ἐτράπητο. Οὐδόσοι δὲ πάντα ὁμᾶ ξυμπίπτει, εἶδε ὀξύτατοι ῥηίζεσι. Μετεξέτε- ροισι δὲ πύρος πολλὸν γίγνεται ἐν πνύμονι, ἢ μετάστασις ἀπὸ τῆ πλευ-

prae videntur, deiciantur haec faciles magnaque laticum copia mixtae. Nonnullis etiam malum per urinam educitur; quibuscun- que vero haec omnia eueniunt, hi celerrimi subleuantur. Quibus- dam etiam magna puris copia in pulmonibus nascitur, aut illuc ex

morrhagia (*Diemerbroek. opp. med. obf. p. 2.*) aut erysipelate (*Callen. Anfangs- gr. der prakt. Arzneyk. 1789.*) aut cruris abscessibus (*Hippocr. in Coac. et van Swieten c. ad Boerh. aph. T. II. p. 756. sq.*)

αἷμα τοσαυτὸν ἐπιπέσει ἐπιπέσει
ἐν ἐρωτικῶν . p. 257. f. d. 2. 3. 4.

νειαιρὴν. Ion. pro νειαιρῆ sc. γαστῆρ imus venter, vel vt Homeri scholiastes variis in locis vt ad II. ε. 616. πατωτάτη ib. 539. τὸ ἔχον τῆς γαστῆρος. Occurrit pluries in *Hippocrate* νειαιρῆ omisso γαστῆρ, vt de nat. m. p. 564. ed. Foef. Coac. praen. βάρος ἐν νειαιρῆ etc. Simili verbo veteres totum ventrem adpellauerunt, ἀραιὸν νόλον, unde mesaraeum nomen nactum est. Legit *Haenisch.* τὴν ἱερὴν γ. quod imi ventris nomen, ab ossis sacri vicinitate, petitum videtur.

ἕρα. Omnia etiam exspectat Coas ab alba, crassa et acri vrina, praesertim si, vt bene monet, partiales praegressae fuerint sudores. Eandem sententiam fouent *Galenus* et *Aetius*. Cf. et *Zenianus* l. c. p. 289.

πύρος. Πύρον, πύαρ, πύς synonym. Sit sec. *Hippocr.* λευκόν, ἀνοσμον, ὁμόχροον καὶ ἀφλέγματον; deprauatum vero dicit, πέλιν, χλωρόν, φλεγματώδες, ἀφρώδες, ὑφαμον, βορβορώδες καὶ δυσώδες. Similia et *Celsus* l. V. c. 16. p. 289. ed. laud. His potissimum a mucositate discrepat, quod in aqua frigida solui nequeat fundumque perat, quod spiritu vitrioli, vel caustico alcali solutum intimeque mixtum, simplicis aquae adfusione praecipitetur, mucus autem in fila abeat, fluido innatantia.

σώλον. Cum vasa lymphatica ad puris formationem haud parum tribuant, neminem, post Mascagnianos labores, mirari arbitror, undenam tanta in pleuritide et pneumoniae puris copia, cum ille vir cel. omnes et thoracis et abdominis tunicas, itemque pulmonum fabricam, ex meris vasibus lymphaticis fabricatam esse docet, atque compositam.

γίγνεται. Quia tam variae sunt de inflammationis vera ratione, virorum doctorum sententiae, ideoque de puris origine non certissimi sumus. Etenim plurimi eorum in duas abiere partes, quorum altera puris fontem ex ipso abscessu, altera ex toto sanguine, deriuauit. Ex illis nominare sat est *Boerhauium* (inst. med.) *Grasbusum* et *cel. Richterum* (*chir. Biblioth. 2 B. 3 ft.*) ex his *Quesnaium* (Mem. de l'acad. de Chir. T. I.) *de Haen.* (*Heilmeth. I. B.*) *cel. Platnerum* (*Zusätze zu de Haen. p. 408. et suppl. in Z. Platneri inst. chirurg. p. 1.*) *Schroederum* (diff. de puris absque praegressa infl. origine. in opp. coll. T. I. pag. 460. sqq.) Videatur et *Callisen Syst. der Wundarzneyk.* 1 B. qui vtramque theoriam optime iunctam habet. Ad horum virorum scripta meas amando lectores.

ἢ μετάστασις κ. τ. λ. Haec verba tenfa testata esse obscuritate, multamque prae se ferre ἀπορίαν καὶ ἀλογισίαν, ipse fassus est *Petitus*, qui, vt et reliqui viri docti,

εἰς, ἢν μέζον τὸ ἀγαθὸν ὑπερίγνηται. Κῆν μὲν ἐς ἔντερον, ἢ κύστιν τὸ ἀπὸ τῆς πλευρῆς παραχτεύθη πύος, ἐς μὲν το παραυτικά ἐρήϊσαν

latere morbi fit translatio, si multo melius cedat res. Si igitur ad intestina, aut ad vesicam pus ex latere deriuetur, peripneumonia

et versionis vernaculae Viennensis auctor, huncce locum inexplicatum reliquerunt. Verum ne eum per transennam modo legisse videar, quae de eo cogitavi, statim explanabo. Aretaeus hic variis viis pus e pulmonibus ablegat, mirum ideo videtur, cur, ut omnes hucusque explicuerunt, illud ex pleuritide (vel ex pleura) in pulmones deponi, monuerit. Deformem itaque huncce locum sic restitui: τὸ ἢ μεταυ in ὁ pus quod etc. illud enim saepius paucis in lineis occurrit, quapropter metuo ne incuria forsitan hic sit iteratum, τὸ μεταύσσει Petitus emendare voluit verbo μεταύσει, quam mutationem vero aegre fert linguae graecae subtilitas, cum τὸ ἢ γίνεται et μεταύσει, tempus praesens et futurum dor., vix iungere possit, quapropter legi μεύσειται. Omnis nunc labor versatur circa praepos. ἀπὸ, quae, quamuis plura significet, nil tamen habet, quod huc apte referatur. Vnicum locum inveni, cum tricenot, tere incassum eum missem libros, in elegantis Arati Phaenóm. ed. Morellii Paris, 1559 p. 40. vbi ἰσόν ἀπὸ πρώτης φέρεται Cicero vertit p. 9. „atque vsque a proa etc. quo loco forsitan μεύσει suppleuit. At vnica haec, quamuis non condemnanda auctoritas, mihi non satisfacit. In animo habui mutare ἀπὸ in παρά vel πρὸς, quae pluries versus significant. At casus, optimus interdum amicus, aliam me facilioremque duxit viam. Eodem die repetii otiosus II. a. vbi in haec verba, quorum melior explicatio statim lauit, offendi, vbi poeta Iouis in Iunonem arati verba narrat, quibus haec occurrunt:

ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ
Μᾶλλον ἐμοὶ ἔσειται —

Barnesius, Clarkius (ed Lond. 8.) et Ernesti quas statim ad manus habui, legunt ἀπὸ θυμοῦ, quod faciliori explicationi non admodum fauet. En protinus in mentem mihi venit legere hic retracto in priorem syllabam accentu ἄπο, quod aduerbii loco venit, ut ἀποθεν procul, longe, ut tales occurrunt plures loci in Hom. II. β 162. Φίλης ἀπο πατρίδος αἰης et II. β 292. καὶ γὰρ τις θ' ἔνε μῆνα μένων ἀπο ἧς ἀλόχια) Quo utroque loco Barnesius et Ernesti male ἀπὸ habent; emendatius vero vterque II. II. 669.

Σαρπηδόνα, καὶ μιν ἔπειτα
Πολλὸν ἄπο προφέρων

Sic et Themisti^{us} in orat: "Ὅτι παντάπασιν ἀντὶ ἀπο θυμοῦ καὶ αλλοτρίᾳ ἢ μίλαγα ψῆφος κ. τ. λ. Emendatum itaque sic locum reddo; ὁ μεύσειται ἀπὸ τοῦ πλευρέου — pus procul a pleura deponitur. Quae vnica haec accentus mutatio, confusum, quem coram me habeo locum, non modo ab omni ἀλογισίᾳ liberum reddit, sed et Aretaei consuetam silit monstratque diligentiam.

κύστιν. Quam viam fusius describit M. A. Severinus in libro de absce. abscess. nat. p. 47. Aetius I. c. ἔσι δ' ὅτε μεταβληθείσης ἐς πύον τῆς φλεγμονῆς διὰ γαστροῦ, ἢ δ' ἄρων τὸ πύον ἐκκρίνεται κ. τ. λ. Lotium sit copiosum, rubrum, crassoque cum sedimento. —

καυμύμονος? καὶ ἄλλοι ὁμοίως, ὅτι ἡ πύος ἐστὶν ἐν τῇ πνεύμονι. ἢ ὅτι ἡ πύος ἐστὶν ἐν τῇ πνεύμονι. ἢ ὅτι ἡ πύος ἐστὶν ἐν τῇ πνεύμονι.

ἀπὸ τῆς περιπνευμονίης. Ἐλκος δὲ μακροχρόνιον ἴχασιν ἐν τῇ πλευρῇ, ἀλλὰ περιγίγνεται. Ἦν δὲ ἐς τὸν πνεύμονα ἐρμήσει, εἰσὶν οἱ ἀπεπνίγησαν, καὶ ἀθροῶν ἐκχύσι, καὶ ἀναγωγῆς ἀπορίη. Ὀκώσοι δὲ διαδιδράσκουσι τὴν ἐκ τῆς ἀπορρήξεως πνίγα, ἔλκος οἶδε πολλὸν ἴχασιν ἐν πνεύμονι, καὶ ἐς φθόνην με-

statim liberantur. In latere etiam quidam vlcus habent diuturnum, quod tamen sanesceit. At si pus impetum faciat in pulmones, alii conferta eius effusione, alii reiectionis impotentia suffocantur. Quotquot autem strangulationis periculum ex abscessus eruptione euadant, magnum tamen in pulmonibus vlcus condunt, quod

ἔλκος. Vult hic Aretaeus vomitacem s. paris collectionem plerumque intra proprium sacco conclusam, quapropter apud veteres medicos latinos *Coelium* puta *Aurelium*, *Gariopontum*, *Scribonium Largum* al. occurrunt *Collectiones vomicosae, purulentae* et apud Graecos, ἀποσηματα, Φύματα, ἐμπνήματα ἐν κοιλίῃ κατακλεισμένα, συλλογαὶ πύος ἐν χεῖρῶνι. Quae non modo in pulmonibus occurrunt, sed in rarioribus casibus et in cerebro et corde etc. vt *Arn. Boetius*, *Fantouius*, *Ballonius*, al. obseruarunt. — Perdifficilis et periculosa est ruptio talis vomicae vi peracta, qualia etiam sint, quae recentiorum medicorum quidam suadeant.

μακροχρόνιον. Refert exemplum cel. *van Swieten* vomicae per nouem ipsos annos durantis „vidi, pergit vir doctissimus, plures alios, qui morbum hunc per vnum alterumue annum tulerunt; verum omnes erant in aetatis flore, et deficiebant tandem.“

πνεύμονα. Scil. ex sacco quo pus includitur effluit pus in pulmonum totam massam. Si vero, quod Aretaeus omisit, sacco pure scatens exteriora pulmonum versus rumpit, tota exoneratur fanies in cauum pectoris, mortiferamque fruit cum empyemate hydrothoracem. Vid. *Scoerkius*, *Monrous*, *Schoerlingius*, *Cullenus*, l. c. p. 402.

ἔλκος. Cum paulo ante ἔλκος δὲ μακροχρόνιον praecesserit, malle hic legere πύος, praesertim quia in his verbis μετεξετέροισι δὲ πύος, Haenischius var. lectt. ἔλκος habuit, at ipsa auctoritate corrigere locum nolui. —

φθόνην. Sic Actius l. c. εἰ δὲ εἰς τὸν πνεύμονα ἐρμήσει, ἀθροῶν ἢ ἀπέπνιξεν, ἢ μετὰ πάνυ χαλεπῶν συμπτωμάτων, εἰς φθόνην μεδίσανται. De Phthisi *Galenus* Comm. ad aph. ib. c. 7. optime sic agit, ἢ ἰδίως ὀνομάζουσι οἱ Ἕλληνες καὶ μαλίστ' αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι φθόνην, ταύτην νῦν δ' Ἱπποκράτης ὀνομάσεν φθόνην, ἐπὶ πνεύμονος, ἐκλύσσειν ἀνάτοις γιγνομένης ἅπαντος τῆ σῶματος ἰσχύος μετὰ πυρετῆ λεπτῆ κ. τ. λ. Dicitur et ab Aretaeo πύη l. morb. diut. l. c. 8. Si autem puriformis materia, siue ipsum pus nec benigna soluatue resolutione, nec sputis mobile reddatur expellaturue diarrhoea aut vrinis, sin metastaticè alium in locum (vt pessime in cerebrum, lienem, hepar) deponatur, sed pulmonibus remaneat, tunc vel quietum indurat, scirrhum callumue formans, siue acrius factum in gangraenam abit, dira inexpiabilique labe lacérat aegrotum,

θίσανται. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀποσά- in phthisin eos praecipitat. Ve-
σιος καὶ τῆς φθῶς γέροντες ἔ πά- rum, vt ex abscessu et phthisi se-
νυτοὶ περιγύγονται· ἀπὸ δὲ τῆς περι- nes raro admodum conualescunt,
πνευμονίης, νέοι καὶ ἀκμάζοντες. sic ex pneumonia iuuenes, et qui
florentem agunt aetatem.

ἀπο μὲν. Locus, quo fultus Cappadox haec scripsit, legitur in Coac. I. III. ἀπόλλου-
ται δὲ ἐκ μὲν τῶν περιπνευμονικῶν ἐμπυηματικῶν οἱ γράττοι· ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν,
οἱ νεύτροι, Empyema hic, vt pluries in Hippocratis scriptis quemcunque de-
notat abscessum.

φθῶς. Quoniam vires protinus omneque pus eliminandi non sufficiunt, remanet
itaque, putrescit, stimulat vasa, infortetur, excitat motus febriles, et sin iusta
adhibetur medela, tristem in phthisin miseros praecipitat.

καὶ ἀπὸ μὲν. Si haec in vniuersum dicta sunt, nil habeo quod contra ea moneam,
Verum si ex peripneumonia mortis rationem, Hippocratem securus, Aretaeus
his recensuerit, pertineo (cum nimia vi, natura pus ex pulmonibus eliminare
studet, ideoque viam aëri dicatam claudit) ne haec ἀπὸ δὲ τῆς περιπνευμονίης,
falsa sint atque suspecta, ideoque ἀπὸ δὲ τῆς καταπνίξεως legendum potius sua-
derem.

πάντοι. Seiuicta habet haec verba *Wiggonus* πάντοι, nihil autem inter hanc il-
lamue lectionem discriminis esse *Henricus* monuit *Stephanus*.